

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 08755096 2





11 n. 12. 12
18 10 0
25

AUG - 8 1910 * CARNEGIE INSTITUT. OF WASHINCT

SA

QUAESTIONES EPIPHANIANAE METROLOGICAE ET CRITICAE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

OSCARIUS VIEDEBANTT

CREFELDIENSIS

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LIPSIÆ TYPIS B. G. TEUBNERI MCMVIII

Viedebant
18 10 0

207134

Genehmigt von der Fakultät am 29. Februar 1908.

Teildruck mit Genehmigung der Fakultät. Die ganze Arbeit erscheint
binnen kurzem im Verlage von B. G. Teubner, Leipzig.

PROY W. 1004
ALLEN
1908

BRUNONI KEIL
RICARDO REITZENSTEIN

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS PIETATIS ERGO

Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his utere mecum.
Horatii epist. I. 6, 67.

Pars I.

De Epiphanii Cypri episcopi libro, qui inscribitur 'περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν'.

A. De libro Epiphanii, qui inscribitur 'περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν' in universum explicatur.

Inter Epiphanii Constantiae Cypriae episcopi opera libellus exstat, qui in quibusdam libris manuscriptis inscribitur 'περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν'¹⁾; quem titulum recentiores viros doctos, qui hunc librum ediderunt, dico Guilelmum Dindorf et Paulum de Lagarde, iniuria usurpasse ego quidem iudico. Librum enim non ab ipso Epiphanio ita inscriptum esse inde luce clarius apparet, quod mensurae et pondera exigua tantum libelli parte continentur, cum ceteras paginas varia rerum materies expleat: exponitur enim de praedictionis vel vaticinii (προφητείας) partibus, de notis et signis, quae per libros sanctos inveniuntur, datur chronologia regum Ptolemaeorum et imperatorum Romanorum, tractatur historia editionum versionumque Veteris testamenti, disseritur de officio mundi, de quibusdam locis terrae, oppidis, vicis, montibus, de regionibus sideribusque caeli aliisque.

Quodsi tam variae res in illo libro compilatae sunt, mea quidem sententia dubium non esse potest, quin scriptor nihil aliud condere voluerit, nisi lexicon seu encyclopaediam omnes fere res continentem, quas eos scire deceat, qui librorum sanctorum studio initiari gestiant²⁾. Huius libelli altera pars, qua explicatur de mensuris et ponderibus, postea saepius seorsum descripta atque edita est, id quod inde cognoscitur, quod sub nomine Epiphanii permulti eiusmodi tractatus plus vel minus integri inveniuntur³⁾. Unde factum esse videtur, ut hic trac-

1) Haec ita in solo libro Graeco vetustissimo Ienensi (cf. p. 24) quamquam a manu recentiore traduntur; fere eadem in versionibus Syriacis (cf. ibid.); in ceteris libris titulus nullus.

2) Eandem sententiam interim prolatam esse vidi a Iðlichero in Encyclopaediae P.-W. vol. VI p. 193. sub voce Epiphanius 3.

3) Qua de re vide quae dixit Hultschius (metr. I p. 143): 'Omnino cum in aliis bibliothecis tum in Parisina tot eius generis fragmenta latere suspicor, ut si quis omnia collegerit, facile viginti trigintave varias illius tractatus formas exhibere possit'.

tatus metrologicus latius divulgatus mox toti libello, cuius pars primitus fuerat, nomen dederit.

Quare in tota hac mea quaestione Epiphaniiana duae disceptationis atque argumentationis rationes accurate secernendae sunt, quarum una ad totum libellum, ad partem metrologicam altera spectat. Antecedat igitur totum, ut par est, parti: dicamus quatenam inter singulos totius libelli codices intercedat ratio.

Caput I. Libros manuscriptos in duas discedere familias.

Eos qui integrum atque completum libellum Epiphaniianum — quem admodum quidem nobis exstat — exhibent codices, in duas generatim discedere familias facile cognoscitur; atque ita est res, ut altera familia, — quam significavi littera S — duabus efficiatur translationibus Syriacis, altera — quam significavi G — codicibus Graece scriptis contineatur, qui quoties recedunt ab S, toties fere ipsi inter se congruunt. Cuius rei iam afferam exempla¹⁾.

Atque gravissimum quidem argumentum in eo positum est, quod altera libelli pars (inde a cap. 25, p. 186, 1) in S integra traditur, cum in G nihil exstet nisi breve compendium. Sed hanc alteram partem infra seorsum tractandam hoc loco mittamus. Satis argumentorum prior praebet pars, quibus quod posui probetur.

Primum autem eos adnotabo locos, quibus S ampliorem textum praebet quam G. Iam in ipso libelli limine discedunt libri, in inscriptione dico, quam S exhibet: des heiligen Epiphanius, des Bischofs der Stadt Constantia von Cypren Schrift über die Maße und Gewichte und die Zahlen und andere Gegenstände, welche in den heiligen Büchern vorkommen. In G vero noster libellus alios Epiphanius textus excipit nulla inscriptione intermissa, nisi quod in margine codicis I fol. 161 a legitur: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν pariterque in fine (fol. 168 a medio): Ἐπιφανίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν τέλος, quae a manu recentiore adscripta esse Dindorfius testatur (in vol. IV, part. I, praef. p. III.) — p. 152, 7: ἐλέγχους omittit G, qua de causa pro decem illis partibus praedictionis (προφητείας), quas enumerare vult Epiphanius (p. 152, 5), novem tantum leguntur in G. — Eadem ratione multos quos legeris in S locos frustra quaeres in G; velut p. 156, 19: συνάπτεται ἡ πρώτη τοῦ Ἐσδρα τῆ δευτέρᾳ καὶ γίνεται μία βιβλος, — vel p. 157, 62: denn nachdem

1) Locos Epiphaniianos cum affero, Lagardii (versionum Syriacarum) editionis paginis lineisque utor.

sie so überlegt hatten, vollendeten sie die ganze dies betreffende Angelegenheit. — item p. 158, 75: *καὶ αὐτοὶ ἐκαθέσθησαν ταπεινότερον.* — p. 161, 77 nomina septuaginta duorum interpretum scripturae sacrae desunt in G. — p. 165, 62 desunt haec: *οὗ ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν ἑτει ἑβδόμῳ αὐτοῦ, πλείον ἢ ἔλασσον οἱ προειρημένοι ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνευταὶ τὰς βίβλους ἡρμήνευσαν.* — *ibid.* 94: *μετὰ δὲ τὸν τῆς ἑρμηνείας αὐτῶν τῶν βιβλίων χρόνον βασιλεῖς καὶ ἔτη οὕτως. Πτολεμαῖος ὁ προειρημένος Φιλάδελφος ἔτη λοιπὰ λα.* — *ibid.* 10: *ἀπὸ δὲ τοῦ σταυροῦ ἕως τῆς κατασκευῆς Ἱεροσολύμων ἔτη οὕτως. τὰ λοιπὰ Τιβερίου ἔτη ἔ.* — p. 167, 75: *ὥστε καὶ χριστιανὸς γενόμενος τῆς οἰκείας πλάνης τοιαύτης οὐ μετέθετο.* — p. 171, 75: *ἐλέγγοτο δὲ ὁ αὐτὸς Κόμοδος Λούκιος. ἐν τῷ χρόνῳ τούτου, ὡς προείπον, Σύμμαχος ἐγνωρίζετο ὁ ἑρμηνευτής.* — p. 172, 23: ich meine aber jene sechs Dolmetschungen und diese beiden anderen, die eine μὲν, welche mit hebräischen Buchstaben und eben solchen Worten geschrieben ist, die andere δὲ, welche mit griechischen Buchstaben zwar, aber mit hebräischen Worten. — p. 179, 18: Nach anderen Dolmetschungen aber wird er verschiedentlich benannt.

Adhuc eos tantum attuli locos, quibus lacunosus videtur textus G; sed cave indices nullum inveniri locum, ubi S breviorum orationem praebeat quam G; sunt enim exempla, quae doceant in G quoque aliquot locos exstare, qui desunt in S; attamen multo rariores sunt haec lacunae textus S, ita ut praeterquam quod aliquoties¹⁾ singula ac mediocris momenti verba omittit — quae adnotare nihil expedit — tribus tantum locis breviorum exhibeat textum aut omissis verbis pluribus aut contractis in brevius, velut p. 164, 91 inter *Πτολεμαῖος* et *ἔτη* G addit *φιλάδελφος ἐφ' οὗ οἱ ἑβδομήκοντα δύο ἡρμήνευσαν ἑρμηνευτὰ ἐκράτησεν*, quae S omittit. — p. 170, 47: G tradit . . . , *ὅπου δὲ πάλιν ἐκβολῆς λόγων τινῶν χρεία, ἐπ' ἴσης ἐκβαλοῦσι καὶ συναδόντως ἑρμηνεύσασιν, ὥσπερ εἰ ἐν τῷ ἅμα πάντες ἐκάθηντο καὶ συμβουλευτικῶς ἀλλήλοις ἡρμήνευον. εὐδηλον ὅτι ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα δύο εὐρεθῆσεται ἡ ἀλήθεια*, in S verba usque ad *ἑρμηνεύσασιν* ita leguntur: . . . wo sie aber Worte ausgeworfen haben, in Übereinstimmung miteinander übersetzt haben, ceteris omissis. — p. 172, 30: G *τῶν ἑβδομήκοντα δύο κατὰ τὴν τάξιν τῆς θέσεως* exhibet, quae omittit S.

Investiganda nunc cetera lectionis varietas, quae item diversarum familiarum esse S et G permultis et luculentissimis exemplis docet: p. 153, 17

1) Ni fallor quindecim vel sedecim locis.

G tradit haec:

... ,
ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ση-
μείων, περὶ ἀστερίσκου ✕. ὁ ἀστε-
ρίσκος οὗτος ἔνθα παράκειται κτλ.

Haud parva lectionis varietas est p. 164, 84:

G: ἔτι δὲ ὕστερον καὶ ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν τῷ Σεραπίφ μικροτέρα τῆς πρώτης, ἣτις καὶ θυγάτηρ ὀνομάσθη αὐτῆς, ἐν ἣ ἀπετέθησαν αἱ τοῦ Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος καὶ τῶν λοιπῶν ἐρμηνεῖαι, μετὰ διακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος.

p. 166, 18 Hierosolymorum oppidi excidium

G confert in

μετὰ ἑξηκοστὸν πέμπτον ἔτος τῆς Χριστοῦ σταυρώσεως καὶ ἡμέρας τινάς.

Aegrum fuisse Hadrianum imperatorem p. 166, 26 in G his verbis commemoratur: Ἀδριανὸς λαβῆθεις τὸ σῶμα, in S ipse morbus nominatur, quo aegrotabat Augustus: Ἀδριανὸς λεπρωθεις τὸ σῶμα. — p. 167, 51 idem fere argumentum iisdem fere verbis, sed diversis constructionibus traditur in G:

καὶ λαβῶν τὸν Ἀκύλαν τοῦτον τὸν προειρημένον ἐρμηνευτήν, Ἑλληνα ὄντα καὶ αὐτοῦ πενθερίδην, ἀπὸ Σινώπης δὲ τῆς Πόντου ὀρμώμενον καθίστησιν αὐτὸν ἐκεῖσε ἐπιστατεῖν τοῖς ἔργοις τῶν τῆς πόλεως (scil. Hierosolymorum) κτισμάτων.

Diversus verborum ordo est p. 169, 40:

S: παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα δύο, τοῖς ὕφ' ἓνα καιρὸν γεγονόσι καὶ πρώτοις ἐρμηνεύσασιν.

S haec:

περὶ ἀστερίσκου καὶ ὀβελοῦ καὶ λιμνίσκου καὶ ὑπολιμνίσκου ἡρῶν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σημείων. ὁ ἀστερίσκος οὗτος ✕ καὶ ἔνθα παράκειται κτλ.

S: ἐγένετο δὲ αὐτῇ τῇ βιβλιοθήκῃ ἑτέρα, ἣ θυγάτηρ αὐτῆς ὀνομάσθη ἄνω ἐν τῷ Σεραπίφ. καὶ παρήλθεν ὁ χρόνος τῶν δέκα Πτολεμαίων καὶ Κλεοπάτρας ἐτῶν διακοσίων καὶ πενήκοντα καὶ ἐννέα.

S rectius (etsi item falso) in

μετὰ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς Χριστοῦ σταυρώσεως παρὰ μῆνας τρεῖς.

in S:

καὶ λαβῶν τὸν Ἀκύλαν τοῦτον τὸν προγεγραμμένον ἐρμηνευτήν Ἑλληνα ὄντα (ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ἀδριανὸς Ἑλλήν ὑπῆρχεν) ἣν δὲ ὁ Ἀκύλας αὐτοῦ τοῦ βασιλέως πενθερίδης, ἀπὸ Σινώπης δὲ τῆς Πόντου ὀρμῆτο καθίστησιν αὐτὸν ἐκεῖ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπιστάτην τοῖς κτλ.

G: transmutatum sententiarum ordinem praebet: . . . τοῖς πρώτοις ἐρμηνεύσασιν καὶ ὕφ' ἓνα καιρὸν γεγονόσι.

Haud secus p. 170, 46: . . . προσθείσι (καὶ συμφώνως ἀλλήλοις συμφωνήσουσι καὶ ἐκδοῦσι) καὶ ταῦτα ἀγνοοῦσι, τί ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ἐρμηνεύει, ὅπου κτλ., quo loco G ea, quae uncis inclusi, post ἐρμηνεύει ponit. — Gravis lectionis varietas p. 173, 45 exstat post τελείως ὑπ' αὐτοῦ (a Tryphone) κατησχύνθη:

S: ³denn als der heilige Archelaus gehört hatte, daß er zum Tryphon gekommen war und mit ihm eine Unterredung angestellt hatte, ging er und traf ihn und ordnete gegen ihn, Manes, eine Disputation an, und nachdem er ihn vollständig besiegt hatte, beschämte er ihn.

G:

⁴διὸ καὶ ἔμελλε Μάνης λίθοις ὑπὸ τῶν λαῶν θανατοῦσθαι· λυτρωθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου Ἀρχελαῶν καὶ ἀνακάμψας εἰς τὴν Περ-

σίδα hörte der König der Perser seine Anwesenheit, und nachdem er gesandt hatte und ihn hatte bringen lassen, wurde er befehligt durch ein Rohr geschunden zu werden, darum weil er getötet hatte und nicht imstande gewesen war, wie er versprochen hatte, den besessenen Sohn des Königs zu reinigen, wie das Gerücht behauptet.

σίδα κελεύσει τοῦ Περσῶν βασιλέως καλὰ μῶ ἐξεδάρη, καὶ οὕτως τὸ τέλος τοῦ βίου κατέστρεψε.

Non minoris momenti est lectionis varietas, quae per plus quindecim lineas continuas legitur p. 174, 64:

S: ¹⁵von Diokletianus aber und abwärts die Jahre des Maximinus und des Licinius und des seligen Constantinus, ὃς ἐβασίλευσε μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐπ' ἔτεσι λβ̄ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας κατέλιπε βασιλεύοντας Κώνσταντα καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Κωνσταντῖον. ¹⁶nach dem zweiunddreißigsten Jahre des

G:

τούτους τελευτήσαντας διαδέχεται Κωνσταντῖνος ὁ μακαρίτης, βασιλεύσας ἔτη λβ̄. ὃς τελευτήσας τοὺς ἰδίους παῖδας κατέλιπε βασιλεύειν, Κώνσταντα καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Κωνσταντῖνον. ¹⁶μεθ' οὗς

Constantinus aber die Jahre seiner Söhne, welche ihn beerbten, des Constans und des Constantinus und des Constantius und des gottlosen Julianus und des Jovinianus und des großen Valentinianus und des Valens, seines Bruders und des Gratianus, seines Bruders und des Valentinianus und des jungen Valentinianus, des Sohnes des Valentinianus, des Bruders des Gratianus und des gottliebenden Kaisers Theodosius und des Arcadius, seines Sohnes und des sehr erlauchten Honorius, des Sohnes des Theodosius bis zum jetzigen zweiten Konsulate des Arcadius Augustus und des Rufinus, sind Jahre, wie ich vorhergesagt, siebenundfünfzig. ¹⁷In dem Konsulate aber des Arcadius Augustus und des Rufinus *έτελεύτη-*

σεν ό Ουάλεντινιανός ό νεώτερος εύρεθεις άφρω

έν τῷ Παλατίῳ Τιβερίου πεπιγμένος κτλ.

Longe aliter denique in S leguntur atque in G p. 178, 82

S: ²⁸διὰ τοῦτο sind auch 22 Bücher des alten Testaments, genannt werden aber bei den Hebraeern, da sie 27 zwar sind, zweiundzwanzig aber gezählt werden, weil auch 5 Buchstaben bei ihnen verdoppelt werden (chaf ist doppelt und mêm und nûn und phê und sadê): denn so werden auch diese Bücher gezählt.

Quorum exemplorum numerum aliquanto augere possum, sed plura adferre inutile est. Hoc tantum adiciam diverso ex ordine quasdam

Ἰουλιανός, Ἰουβιανός τε καὶ Οὐάλεντινιανός ό μέγας καὶ Οὐάλης ό άδελφός αὐτοῦ καὶ Γρατιανός, υἱός Οὐάλεντινιανοῦ, καὶ

Οὐάλεντινιανός νεώτερος υἱός Οὐάλεντινιανοῦ τοῦ άδελφοῦ Γρατιανοῦ, καὶ Θεοδόσιος ό θεοφιλέστατος βασιλεύς, καὶ Ἀρκαδιος ό υἱός αὐτοῦ καὶ Ὀνόριος έπιφανέστατος ό άδελφός αὐτοῦ. ὦν τὰ έτη μέχρι τῆς Ἀρκαδίου ύπατειάς τὸ δεύτερον καὶ Ῥουφίνου άριθμοῦνται νξ. ¹⁷έφ' ὦν

έτελεύτη-

υἱός Οὐάλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου

έν τῷ Παλατίῳ πεπιγμένος κτλ.

G: καὶ πρὸς ταῦτα καὶ τὰς βββλους αὐτῶν είκοσι δύο ήρίθμησαν είκοσι έπτά οὔσας. άλλ' έπειδὴ διπλοῦνται πέντε παρ' αὐτοῖς στοιχεῖα, είκοσι έπτά καὶ αὐτὰ ὄντα, καὶ εἰς κβ άποτελοῦνται τούτου χάριν καὶ τὰς βίβλους κξ οὔσας κβ πεποιήκασιν.

mensuras adferri in S et G, id quod cum ad recensendum libellum saepius maioris momenti sit, infra quo loco de parte metrologica libelli nostri disputabimus, accuratius explicabo¹⁾.

Duas igitur libelli nostri codicum exstare familias, quarum altera versionibus Syriacis, altera codicibus Graecis efficiatur, satis me probasse puto.

Caput II. Praeter familias S et G aliam eamque diversae ab iis memoriae speciem exstitisse.

Eiusdem libelli alia etiam memoriae species quae ipsa recondita fortasse adhuc in bibliothecarum scriniis latet, e quibusdam excerptis investigari potest. Ac primum quidem exstat epitome e duobus codicibus edita olim a Montefalconio in Prolegomenis ad Origenis Hexapla p. 77, repetita a Dindorfio in Epiphaniï operum vol. IV part. I p. VII²⁾; quae multis locis invicem modo congruit cum S modo cum G modo proprias exhibet lectiones, cuius rei haec habeas exempla.

Loci quibus congruunt vel fere congruunt epitome et S, differt G:

| S: | epitome: | G: |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------|
| sym. II p. 167, 64: <i>καὶ ἐν αὐτῇ διατιώ- μενοι³⁾.</i> | Dind. IV, I p. X: <i>καὶ ἐν αὐτῇ διατρι- βοντες³⁾.</i> | Dind. IV, I p. 18, 7: desunt. |
| ibid. p. 167, 75: <i>ὥστε καὶ χριστιανὸς γενόμενος τῆς οικείας πλάνης τοιαύτης οὐ μετέθετο³⁾.</i> | ibid. p. X: <i>ὃς καὶ χριστιανὸς γε- νόμενος τῆς τοιαύτης πλάνης οὐκ ἀπέχετο³⁾.</i> | ibid. p. 18, 20: desunt. |
| ibid. p. 168, 93: <i>μετὰ τοσοῦτον χρόνον.</i> | ibid. p. X: | ibid. p. 19, 6: <i>μετὰ ἀριθμὸν τοσοῦ- των χρόνων.</i> |
| ibid. p. 168, 93: <i>ἢ τοῦ Ἀκύλα ἐρμηνεία.</i> | ibid. p. X: | ibid. p. 19, 5: <i>ἢ τούτου ἐρμηνεία.</i> |
| ibid. p. 169, 29: <i>τοῦ αἰρεσιάρχου, der</i> | ibid. p. XI: <i>τοῦ αἰρεσιάρχου τοῦ</i> | ibid. p. 20, 16: <i>τοῦ αἰρεσιάρχου τοῦ</i> |

1) Cf. infra p. 30.

2) Quem textum ibidem ita descripsit Montefalconius: '... Est epitome eorum quae Epiphanius libro de ponderibus et mensuris de variis interpretibus narrat; ac non semel a narratione illa fusione differt... prodit hoc opusculum ex duobus codicibus, Regio nempe 1807, et Vaticano, qui ambo decimo saeculo, et eadem, ut videtur, manu descripti sunt.'

3) Ut recte iudices diversas has lectiones, respicias velim S bis translatum esse: et e Graeco sermone in Syriacum et e Syriaco rursus in Graecum.

aus eben diesem Si- από αὐτῆς τῆς Σινώ- Σινωπίτου.
nope war. πης ὀρμώμενος.

Loci quibus congruunt G et epitome, differt S:

| G: | epitome: | S: |
|------------------------|---------------------|-----------------------|
| Dind. IV, I p. 10, 12: | Dind. IV, I p. IX: | sym. II p. 159, 11: |
| | λεγόμενοις, | γενομένοις. |
| ibid. p. 18, 14: | ibid. p. XI: | ibid. p. 167, 61: |
| | τοὺς μαθητάς τῶν | τοὺς μαθητάς τῶν μα- |
| | ἀποστόλων. | θητῶν τῶν ἀποστόλων. |
| ibid. p. 19, 26: | ibid. p. X: | ibid. p. 169, 10: |
| | προσφεύγουσιν ἀντι- | προσφεύγουσιν gleich |
| | περιτέμνονται. | ihnen ἀντιπεριτέμνον- |
| | | ται. |

Loci quibus et S et G et epitome inter se differunt:

| S: | epitome: | G: |
|-----------------------|-----------------------|-----------------------|
| sym. II p. 159, 3: | Dind. IV, I p. XI: | Dind. IV, I p. 10, 3: |
| ὁ Ὁριγένης καλῶς | Ὁριγένης, ὡς καὶ περὶ | ὁ Ὁριγένης καλῶς |
| ποιῶν, ὡς περὶ τοῦ | ἀστερίσκου ἐποίησεν, | ποιῶν ἐποίησεν, οὐ |
| ἀστερίσκου ἐποίησεν, | καθὼς προέφημεν, οὐ- | τως καὶ . . . |
| οὕτως . . . | τως . . . | |
| ibid. p. 167, 74: | ibid. p. X: | ibid. p. 18, 18: |
| ἔξεως, ὅτε τὰ τῶν ἐθ- | ἔξεως, ὅτε τὰ Ἑλλήνων | ἔξεως μὴ μεταθέμενος |
| νῶν ἐφρόνει τῇ μα- | ἐφρόνει, οὐ μετέπεσε. | τοῦ πιστεύειν δηλο- |
| ταία . . . | τὴν γὰρ ματαίαν . . . | νότι τῇ ματαία . . . |
| ibid. p. 168, 4: | ibid. p. X: | ibid. p. 19, 20: |
| Οὐήρον. | Κομόδου Σενήρον. | Σενήρον. |
| ibid. p. 169, 34: | ibid. p. XI: | ibid. p. 20, 22: |
| ἀπὸ τῆς συνηθείας τῆς | ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν | ἀπὸ τῆς συνηθείας |
| ἐρμηναίας τῶν ἐβδο- | ὀβ ἐρμηρευτῶν. | τῶν ἐβδομήκοντα δύο. |
| μήκοντα δύο. | | |

Similes locos ex altero quoque excerpto, quod refert de opificio mundi, colligere licet. Quod fragmentum traditum Veneto Marciano codice 125 datum est a Dindorfio IV, I p. XV. Iam vide locos:

| S: | epitome: | G: |
|------------------------|-------------------------|------------------------|
| sym. II p. 177, 46: | Dind. IV, I p. XV: | Dind. IV, I p. 27, 26: |
| τὰς ἀβύσσους τὴν τε | τὰς τε ἐν ἀβύσσοις, τὴν | τὰς ἀβύσσους, τὴν τε |
| ὑποκάτω τῆς γῆς καὶ | τε ὑποκάτω τῆς ἀβύσ- | ὑποκάτω τῆς γῆς καὶ |
| τοῦ χάους der Finster- | σον τῶν ὑδάτων τῶν | τοῦ χάους τὸ σκό- |
| nis, welche oberhalb | τε ἐπάνω τῆς γῆς, ἔξ οὗ | τος |

| S: | epitome: | G: |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| des Abgrundes der Wasser ist, welches zu Zeiten oberhalb von der Erde, aus welcher ¹⁾ τὸ σκότος | ὑπὲρ σκότος ἐστὶ. καὶ σκότος | |
| ibid. p. 177, 50: | ibid. p. XV: | ibid. p. 27, 31: |
| ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐμερίσθη τὰ ὕδατα· τὸ ἡμισυ αὐτῶν ἀνέβη ἐπάνω τοῦ στερεώματος. καὶ τὸ ἡμισυ αὐτῶν ἔμεινεν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος ἐν μέσῳ ἐπὶ προσώπων πάσης τῆς γῆς. | ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐμερίσθη τὰ ὕδατα· τὸ ἡμισυ αὐτῶν ἀνέβη ἐπάνω τοῦ στερεώματος | καὶ τὴν διαμέρισιν τῶν ἐπάνω τοῦ στερεώματος ὑδάτων καὶ τῶν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος |
| ibid. p. 177, 56: | ibid. p. XVI: | ibid. p. 28, 6: |
| deest. | καὶ πάντα τὰ φυντά κατὰ γένος. | deest. |
| ibid. p. 177, 60. | ibid. p. XVI. | ibid. p. 28, 12. |
| τὰ ἐν τοῖς ὕδασι, τὰ πετεινά, τὰ πτερωτά. | deest ¹⁾ . | τὰ ἐν τοῖς ὕδασι, τὰ πετεινά, τὰ πτερωτά. |

Congruunt autem vel fere congruunt S et epitome raris locis, quibus differt G, velut:

| S: | epitome: | G: |
|-------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------|
| ibid. p. 177, 53: | ibid. p. XVI: | ibid. p. 28, 1: |
| | τοῦτο μόνον τὸ ἔργον ἐποίησεν ὁ θεὸς . . . | τοῦτο μόνον ἐποίησεν ὁ θεὸς . . . |
| ibid. p. 177, 65: | ibid. p. XVI: | ibid. p. 28, 17: |
| καὶ ἐγένετο πάντα κβ γένη ἐν ταύταις ταῖς ἕξ ἡμέραις. | καὶ ἐγένοντο πάντα εἰκοσι δύο γένη ἐν ταῖς ἕξ ἡμέραις. | καὶ ἐγένετο πάντα τὰ ἐν ταῖς ἕξ ἡμέραις παρὰ τοῦ θεοῦ ποιηθέντα ἔργα κβ. |
| ibid. p. 177, 66: | ibid. p. XVI: | ibid. p. 28, 19: |
| | πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν τῇ . . . | πάντα ἐν τῇ . . . |

Hanc librorum rationem fragmentum α (sym. I p. 214, 89B 18—93B 15) partis metrologicae probat; quod cum ipsas mensuras ex eodem ordine

1) Locus corruptus videtur.

adferat, quem habes in G diversum ab S, textus verbis plerumque quidem congruit cum S, interdum cum G. Iam haec procedat tabula:

S (sym. II 192, 44): α (sym. I 215, 91 A 4): G (metr. I 263, 22):
 37. *περὶ κνάθου*. ¹*κνάθος* ist nicht ein Maß, sondern verschiedene: denn nach dem des Bechers wird er bestimmt: *πῆ μὲν εἰς ἀπλοῦν ποτήριον*. ὅ ἐστι ξέστου τὸ ἕκτον. *πῆ δὲ εἰς διπλοῦν*, ὅ ἐστι ξέστου τὸ τρίτον. ²*ἀντλητήριον δέ ἐστιν*, ἀπὸ κεραμίου ἀντλοῦν διὰ μακρᾶς λαβῆς. Er hat aber

4Wo du nun findest in der Zurüstung der Aufschlagung des Zelts *καὶ τὰ μεδεκῶθ καὶ τὰ μασμαρῶθ*, wisse daß *μεδεκῶθ μὲν λέγει τοὺς κνάθους*, τὰ δὲ *μασμαρῶθ* λέγει τοὺς διυλιστήρας. ⁵*πολλάκις δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρησάμενος λέγει περὶ τῶν ἡθμῶν*. ⁶*ἡθμοὶ γὰρ καὶ διυλιστήρες διὰ τὴν μίαν καὶ αὐτὴν χρῆσιν μασμαρῶθ eben im Hebraeischen καλοῦνται*.

38. *περὶ τρυβλίου*. ¹*τρυβλίον δέ ἐστιν κτλ.*

Cui loco similis hic:

S (sym. II p. 196, 18):
 51. ⁶*ἀργυρίων δὲ πολλοὶ τύποι κατὰ και-*

ἐστιν ἕκτον ξέστου: ἐστιν ἕκτον ξέστου.

μεδεκῶθ λέγει τοὺς κνάθους ἢ γραφή· τὸ δὲ μασμαρῶθ λέγει τοὺς διυλιστήρας. πολλάκις δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρησάμενος λέγει περὶ τῶν ἡθμῶν. ἡθμοὶ γὰρ καὶ οἱ ὕλιστήρες διὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν χρῆσιν.
 καλοῦνται

τρυβλίον ἐστὶν κτλ.

α (sym. I p. 217, 92 B, 14):
ἀργυρίων δὲ πολλοὶ τύποι κατὰ τὸν καιρὸν

μεδεκῶθ δὲ λέγει τοὺς κνάθους ἢ γραφή. τὰ δὲ μασμαρῶθ λέγει τοὺς διυλιστήρας, οὓς καὶ ἡθμοὺς καλοῦμεν. τῷ αὐτῷ δὲ ὀνόματι ἀμφοτέρω καὶ χροῦνται, ἐπεὶ καὶ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχουσιν.

τρυβλίον κτλ.

G (metr. I p. 266, 16):
Ἀργυρίων δὲ πολλοὶ τύποι κατὰ καιροὺς

ροὺς γεγόνασι.

52. περὶ νόμου. ¹νοῦ-
μον ἐκάλεσάν τι τὸ
πάλαι ἀπὸ Νουμᾶ τι-
νος, ὃς βασιλεὺς τῶν
Ῥωμαίων γεγένηται,
καὶ κατὰ τὸ ὄνομα αὐ-
τοῦ τὸ νόμισμα ἐτε-
τύπωτο. ²δίχρυσον δὲ
ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ
τὸ ἥμισυ τοῦ ἀργύ-
ρου. ³τὸ δὲ ἀργύ-
ριον τοῦτό ἐστιν, ὃ
οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρί-
σιον καλοῦσιν ὃ ἐρμη-
νεύεται στρατιωτικὸν
δόμα. ⁴τὸ δὲ δίχρυ-
σον καὶ τοῦτο ἀργύ-
ριον ἦν· ὅπερ κίβδη-
λον ὕστερον ἐκλήθη.
ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ
βασιλέως τότε οὐ ἦ
μονήτα ἐν τῷ δι-
χρῦσῳ ἐκεχάρακτο, τὸ
νόμισμα αὐτοῦ ἀπο-
βαλλόμενον κίβδηλον
ἐκλήθη, τοῦτ' ἐστὶν
ἀδόκιμον. ⁵Du findest
aber auch in den Pro-
pheten, ὡ φιλόλογε . . .
. diese
aber . . . wissen wir
nicht.

53. περὶ φόλλεως.

¹φύλλισ ὃς καὶ κτλ.

γεγόνασιν.

καὶ βασιλεὺς

γεγένηται, καὶ
κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ
τὸ νόμισμα ἐτετύπωτο.

δίχρυσον δὲ ἐκάλουν
οἱ παλαιοὶ τὸ ἥμισυ
τοῦ ἀργύρου· τὸ δὲ
ἀργυροῦν τοῦτό ἐστι
ὃ (τὸ cod.) οἱ Ῥωμαῖοι
μιλιαρίσιον καλοῦσιν ὃ
ἐρμηνεύεται στρατιω-
τικόν. τὸ δὲ δίχρυ-
σον καὶ τοῦτο ἀρ-
γύριον ἦν· ὅπερ κίβ-
δηλον ὕστερον ἐκλή-
θη· ἀναιρεθέντος δὲ
τοῦ βασιλέως τότε οὐ
τὸ ὄνομα ἐν τῷ δι[α]-
χρῦσῳ ἐκεχάρακτο, τὸ
νόμισμα αὐτὸ ἀπο-
βαλλόμενον κίβδηλον
ἐκλήθη· τοῦτ' ἐστὶν
ἀδόκιμον.

φόλλισ ὃ καὶ κτλ.

γεγόνασι.

τὸ δὲ νομίον τετύ-
πεται ἀπὸ τοῦ Νουμᾶ
τινος βασιλέως τῶν
Ῥωμαίων.

δίχρυσον δὲ ἐκάλουν
οἱ παλαιοὶ τὸ ἥμισυ
τοῦ ἀργυροῦ. τὸ δὲ
ἀργυροῦν τοῦτό ἐστιν,
ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρί-
σιον καλοῦσιν, ὃ ἐρμη-
νεύεται στρατιωτικὸν
δόμα. τὸ δὲ δίχρυσον
καὶ τοῦτο ἀργύριον
ἦν· ὅπερ ὕστερον κίβ-
δηλον ἐκλήθη ἐξ αἰτίας
τοῦ ἀναιρεθῆναι τὸν
κατὰ καιρὸν βασιλέα
καὶ ἐκβληθῆναι τὸν αὐ-
τοῦ χαρακτῆρα ἐκ τοῦ
διχρῦσου, ὃς ἦν αὐτῷ
ἐμπερόμενος. ἔκτοτε
γὰρ ἔνθα ἂν εὐρέθη
τὴν τοῦ ἀναιρεθέν-
τος βασιλέως φέρων
εἰκόνα κίβδηλος ὠνο-
μάζετο ἤγονν ἀδόκι-
μος.

φόλλης ὃ καὶ κτλ.

Idem mihi effici videtur versione Latina, ea nimirum, quam dicunt
'veterem' (mihi v)¹), quae easdem mensuras et pondera eodem ex ordine

1) Quam versionem primum edidisse Le Moynium (varia sacra, Lugd. Bat.
1685, vol. I p. 490 s) e codice, ut videtur, Parisino 8680 (cf. Mommseni ad Mae-

refert atque G, etiamsi verba non semper plane eadem esse in versione non miraberis. Cuius versionis testimonium eo plus valet, quod iam circa annum 600 Isidorum Hispalensem virum doctissimum in componendo Etymologiarum suo opere ea usum esse compertum habemus¹⁾, unde apparet perveterem esse novam illam, de qua agimus, memoriae speciem.

Quoniam igitur praeter familias S et G aliam etiam speciem memoriae nostri libelli exstitisse satis apparet, cetera quae huc spectant mensurarum excerpta, infra seorsum tractanda hoc loco mittamus.

Caput III. Quomodo se habeant textus singularum familiarum.

Iam ipsos singularum familiarum textus consideremus: atque primum quidem textus quos praebent S et G communibus interpolationibus depravatos esse dico, quod eo mihi maxime probatur, quod p. 175, 92—98²⁾ et S et G aequo modo indicem mensurarum exhibent, quem supervacaneum isto loco et ab ipsius sermonis constructione alienum esse videbimus. Totus enim ille locus ita legitur (p. 174, 87): *Μέτρον οὖν ἐστὶ κόρος, κείται δὲ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, ὅθεν ὁ σωτὴρ ἐπαινεῖ τὸν φρόνιμον οἰκονόμον τὸν τοῖς χρεωφειλέταις ἀντὶ κόρων τοσοῦτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν χειρογράφοις τοσοῦτους μεταγραφάμενον, ἀντὶ δὲ τοσοῦτων βάδων ἐλάου τοσαῦτα ποιήσαντα. [Ὀνόματα γὰρ εἰσι μέτρων τάδε· λεθέκ, γομόρ, βάδος, σάτον, μύδιος, κάβος, χοῖνιξ, οἰφεί σεμιδάλεως, δραξ ἀλεύρου, ἀρτάβη, τρία μέτρα σεμιδάλεως, τρία κανᾶ χουδριτῶν, νέβελ οἴνου, κολλαθόν, ἀλάβαστρον μύρου, καμψάκης ὕδατος, κοτύλιη ἐλαίου, κύαθος, μετρητὴς οἴνου, μετρητὴς ἐλάου, τρυβλίον, ξέστις, ἀμφορεύς, ἀπόρρημα, σαφιθά, εἶν, χοῦς. στάμνος χρυσῆ, ἐν ἧ ἀπέκειτο τὸ μάννα, μάρης, κύπρος, κογγιάριον.] εἰληπται τὸννν ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃς καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μύδιοι κτλ.* Statim apparet isto mensurarum indice sermonis contextum interrumpi; etenim ea quae antecedunt de κόρος dicunt, nec ea quae sequuntur aliud tractant. Eice indicem: bonum habebis contextum nec quicquam desiderabis. Quem indicem ab ipso Epiphanio compositum et falso huc delatum esse Lagardius statuit³⁾. Quod tamen non probaverim. Nam indicem ipsi episcopo non deberi iam inde elucet, quod neque omnes nominat mensuras, quae leguntur in ipso tractatu, et eas quas adnotat alio

cianum p. 286) Hultschius dixit in metr. II p. XV, qui ipse eandem versionem iterum edidit collato meliore codice Vaticano 3852 (inde a fol. 122^b extr.).

1) Cf. Hultsch, metr. II, p. 32.

2) In S, in G (Dindorf, IV p. 25, 33), metr. I p. 260, 1.

3) Cf. sym. II p. 215.

adfert ordine. Quam discrepantiam Lagardius ita tollere conatur, ut Epiphanium istum indicem quasi normam, quam in scribendo sibi composuisse, postea autem in ipso componendo libello deseruisse sumat, id quod mihi non persuasit vir doctus. Non dubito enim, quin auctor ordinem indicis ad fidem textus correcturus fuerit; mihi sane multo verisimilius videtur locum foede interpolatum esse, ita quidem, ut a diasceuaasta quodam in margine adscriptus a librario in textum receptus sit index¹⁾; quae sententia eo probabilior fit, quod quo ex fonte index fluxerit, certis argumentis enucleare posse mihi videor: additum enim est nostro libello in S (sym. II p. 211) excerptum, quod iniuria 'index capitum' nominari infra (p. 15) videbimus; hoc excerptum eodem fere ex ordine easdem mensuras adfert atque index noster, id quod ex hac tabula facile intelleges:

| Index in textu exstans | Excerptum additum | S: |
|--------------------------------|----------------------------------|--------------------------------|
| p. 175, 92—98: | textui S: cap. 3: | |
| | § 3. κόρος | κόρος |
| 1. λεθέκ | „ 4. λεθέκ | λεθέκ |
| 2. γομόρ | „ 5. γομόρ | γομόρ |
| 3. βάδος | „ 6. βάτος | μέδιμνος |
| 4. σάτον | „ 7. σάτον | σάτον |
| 5. μόδιος | „ 8. μόδιος | μόδιος |
| 6. κάβος | „ 9. κάβος | κάβος |
| 7. χοϊνιξ | „ 10. χοϊνιξ | χοϊνιξ |
| 8. οίφει σεμιδάλεως | „ 11. οίφει σεμιδά- λεως | ὕφή |
| 9. δραξ ἀλεύρον | „ 12. δραξ ἀλεύρον | δραξ ἀλεύρου |
| 10. ἀρτάβη | „ 13. ἀρτάβη | ἀρτάβη μετρητής κεράμιον |
| 11. τρία μέτρα σεμι- δάλεως | „ 14. τρία μέτρα σε- μιδάλεως | τρία μέτρα σεμιδά- λεως |
| 12. τρία κανᾶ χον- δριτῶν | „ „ τρία κανᾶ χον- δριτῶν | τρία κανᾶ χονδριτῶν |

1) Haud scio an huius indicis adiciendi ansam praebuerit vox βάδον, quod inter ea Lucae evangelistae verba exstat, quae Epiphanius ad κόρον mensuram explicandam adfert. Haec βάδος mensura cum antea nondum tractata esset, facile fieri potuit, ut diasceuaasta quidam, cum hanc vocem explicare vellet, indicem margini adscriberet, unde in textum irrepsit. Quamquam hanc explicationem non certam esse ipse scio neque si quis indicem alio loco vel alia ex causa adscriptum esse margini dicat, nimis repugnaverim.

| | | |
|----------------------|-----------------------------|------------------|
| 13. νέβελ οἴνου | § 15. νέβελ οἴνου | νέβελ οἴνου |
| 14. κολλαθόν | „ 16. κολλαθόν | κολλαθόν |
| 15. ἀλάβαστρον μύρου | „ 17. ἀλάβαστρον μύ- ρου | ἀλάβαστρον μύρου |
| | „ 18. ἀπόρρημα | |
| 16. καμψάκης ὕδατος | „ 19. καφάκης ὕδα- τος | καμψάκης ὕδατος |
| | | στάμνος |
| 17. κοτύλη ἐλαίου | „ 20. κοτύλη ἐλαίου | κοτύλη |
| 18. κύαθος | „ 21. κύαθος | κύαθος |
| 19. μετρητής οἴνου | „ 22. μετρητής οἴνου | |
| 20. μετρητής ἐλαίου | „ 23. μετρητής ἐλαίου | |
| 21. τρυβλίον | „ 24. τρυβλίον | τρυβλίον |
| 22. ξέστης | „ 25. ξέστης | ξέστης |
| 23. ἀμφορεύς | „ 26. ἀμφορεύς | |
| 24. ἀπόρρημα | | ἀπόρρημα |
| | | σαίτης |
| 25. σαφιθά | „ 27. σαφιθά | σαφιθά |
| 26. εἶν | „ 28. εἶν | εἶν |
| 27. χοῦς | „ 29. χοῦς | χοῦς |
| | | σάμιος |
| 28. στάμνος χρυσῆ | „ 30. στάμνος χρυσῆ | |
| 29. μάρης | „ 31. μάρης | μάρης |
| | | ὕδρια |
| 30. κύπρος | „ 32. κύπρος | κύπρος |
| 31. κογγιάριον | „ 33. κογγιάριον | κογγιάριον |
| | „ 34. μνάσις | |
| | „ 35. μέδιμνος | |

Qua ex tabula colligimus haec. Primum excerptum et index iisdem lacunis differunt ab S et inter se consentiunt ordine mensurarum, nisi quod index initio duas, in fine unam omittit mensuram et ἀπόρρημα in indice sequitur ἀμφορέα, cum in excerpto legatur post ἀλάβαστρον. Deinde et excerptum et index ἀμφορέα adferunt, qui in S nusquam occurrit. Tum S quamquam diversos metretes nominat, tamen nusquam discernit μετρητήν οἴνου et μετρητήν ἐλαίου, id quod factum est in excerpto et in indice. Postremo στάμνος in indice una ex omnibus, quae enumerantur mensuris, paucis describitur et hoc quidem iisdem fere verbis atque in excerpto, ita quidem, ut excerptum praebeat: στάμνος χρυσῆ, welche war von vier ξέσται, in welcher das

manna war (sym. II p. 213), index: *στάμνος χρυσῆ, ἐν ἣ ἀπέκειτο τὸ μάννα* (ibid. p. 175, 97). Quae cum ita sint, illud quod posui, bene mihi probatum esse puto, indicem fluxisse ex excerpto.

Itaque ipsum quoque excerptum permature in memoria Epiphania exstitisse consentaneum est; haud scio an in ipso archetypo fuerit familiarum S et G, ita ut a S servatum, a G (certe una cum textu fusiore partis metrologicae)¹⁾ eiectionem esse excerptum statuas. Sed utut est, hoc cave iudices ab ipso Epiphania quasi capitulum indicem compositam esse hanc epitomen, id quod titulus indicare videtur: *κέφαλαία* wie in einer Zusammenfassung der in dieser Abhandlung gefundenen Dinge. Iam ipse Lagardius in eo offendebat, quod hic capitulum index haud omnes res contineret, quae in ipso opusculo tractantur, cum dicit: Völlig sicher ist, daß § 1 dieser Liste (id est titulus, quem modo laudavi) nicht die warheit sagt. denn das buch des Epiphania behandelt weit mehr, als die hier aufgezahlten gegenstände: vorne die geschichte der übersetzungen des alten testaments²⁾, hinten eine reihe maße, städte und gegenden, welche hier nicht aufgezählt sind. (sym. II p. 213). Unde statim concluditur nostrum 'capitulum indicem' certe non totius libelli esse indicem, quippe qui nihil nisi pondera et mensuras exhibeat. Sed ne pro partis quidem metrologicae indice accipi potest, quoniam alium ordinem mensurarum et ponderum in excerpto, alium in ipso libello Epiphania esse facile docet conspectus, quem Lagardius (sym. II p. 213) praebet³⁾. Quod tamen vir doctus hanc quoque epitomen aequae ut indicem quasi regulam Epiphania sibi composuisse putat, ad quam libellum scriberet, iam ad irritum cecidit. Immo excerptum quoddam metrologicum Epiphania est, quorum varia exstare notum est; quod excerptum, quia catalogi instar compositum est, pro capitulum indice in ipsum libellum receptum est. Quae res nihil habet miri; persaepe enim istis temporibus excerpta textibus fusiorebus addita esse scimus⁴⁾.

Iam inscriptionem libelli, quae quidem nunc exstat, paucis perpendamus. Inscrubitur opusculum in S: des heiligen Epiphania, des Bischofs der Stadt Constantia von Cypern, Schrift über die Maße und

1) G nihil nisi breve compendium partis metrologicae exhibere supra vidimus.

2) Variaque alia; cf. de hac re quae dixi supra p. 1.

3) Conspectus meus, quem dedi p. 13 s, eam tantum excerpti partem, quae ad mensuras pertinet, continet.

4) Exempli causa afferam vitam illam Sancti Tychonis nuper editam ab Usenro, cui adicitur tale excerptum.

Gewichte und die Zahlen und andere Gegenstände, welche in den heiligen Büchern vorkommen; in G inscriptione caret; nam quae leguntur in I: *Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν*, a manu recentiore adscripta sunt¹⁾. Neque ab ipso auctore, quamquam satis mediocri erat ingenio, ita inscriptum esse libellum primo obtutu conspicuum est; etenim ad unam partem tantum rerum tractatarum pertinet hic titulus. Si quae ab ipso Epiphanio libello data sit inscriptio quaeres, ea tibi potius quaerenda est ex his totius libelli verbis primis: *Ἐὶ τις θέλει τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰδέναι τὰ πρὸς πολυπειρίαν μέρη [...], τούτῳ τῷ ὑπομνηστικῷ ἐντυγχάνειν μὴ κατοκνεῖτω* (sym. II p. 152, 1). Quae genuina inscriptio — quibus e verbis constiterit nescimus — periit, ubicumque illa de mensuris et ponderibus pars soluta a toto libello una per se latius divulgata est²⁾. Huic parti nova et idonea quidem data est inscriptio deprompta ex Epiphanii verbis, quae initio partis metrologicae leguntur, his: *... τὸν νοῦν ἐπιδῶμεν περὶ τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σταθμῶν τε καὶ μέτρων καὶ ἀριθμῶν δηλώσοντες* (p. 174, 83). Quae pars cum multo magis divulgata esset quam totus libellus, facile fieri potuit, ut novus hic titulus, qui soli parti aptus erat, paulatim toti libello inculcicaretur. Initio quidem cum praeter mensuras et pondera alias quoque res tractari memoria nondum evanisset, in titulo additum est: und über andere Gegenstände, quae quidem inscriptio legitur in S. Neque vero multo post memoria huius rei plane abolita nihil prorsus scriptum est nisi: *περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν*. Etenim si codicem I a manu recentiore ita inscriptum esse vidimus, hoc exscriptum esse apparet aut ex alio quodam codice aut e parenthesi illa quae legitur initio libelli ita: *λέγω δὲ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν* (sym. II p. 152, 2).

Quod de inscriptione vidimus, idem ad hanc parenthesim quadrat; legitur enim in S: *Ἐὶ τις θέλει τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰδέναι τὰ πρὸς πολυπειρίαν μέρη, λέγω δὲ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν* und die Kenntnis anderer Dinge, *τούτῳ...*; in G: *μέρη, λέγω δὲ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, τούτῳ...* Ipsum Epiphanium haec non scripsisse ex illis, quae modo disserui, conspicuum est; insolenter ergo locus est interpolatus. Sed hic quoque librarium S sibi consciuum esse videmus, alias etiam res tractari praeter mensuras, cum G plane hoc oblitus de mensuris et ponderibus tantum moneat.

Postremo quod libellus in capita dispertitus est et in S et in G,

1) Cf. Dind. IV, I p. III.

2) Cf. supra p. 1 s.

ab ipso Epiphanio factum esse non verisimile est. Nam non solum totius sermonis tenor abhorret ab omni capitum divisione, sed etiam ipsa quae distinguuntur capita non sine vi illata esse videntur. Quam rem unum tibi illustret exemplum. Patet non recte novo capite ineunte oratio interrumpi p. 157, 47: Epiphanius enim postquam de viginti duobus libris Veteris testamenti in universum exposuit, iam inde a cap. 4 separatim de unoquoque istorum librorum agit. Quae tractatio perorata est in medio cap. 5 (p. 157, 62); a quo loco rem comprehendens auctor recurrit ad finem cap. 3. Hoc igitur loco novum incipiendum erat caput, nec vero superiore p. 157, 47.

Quibus rebus pertractatis vidimus Epiphanii textum iisdem interpolationibus corruptum esse et in S et in G, unde efficitur, ut pretium et fides ne familiae S quidem, cuius textum Lagardius eumque secutus Dindorfius purum esse putaverant, permagni aestimanda sit. Atque permature iam has interpolationes in memoriam Epiphanianam i. e. in archetypum communem familiarum S et G incidisse consentaneum est; etenim textum S perveterem esse inde cognoscis, quod duobus servatus est codicibus, quorum alter scriptus est saeculo septimo inter annos 650 et 660¹⁾, alter nono. Eo igitur intervallo, quod interest inter annos circa 392, quibus editum esse puto libellum²⁾, et medium saeculum septimum memoriam Epiphanianam (archetypum dico familiarum S et G) foede interpolatam esse apparet.

Praeter has communes interpolationes, quae pari modo leguntur et in S et in G, aliae mihi videntur occurrere, quae propriae sunt alterius utrius familiae.

Atque primum quidem G pro parte metrologica nihil praebet nisi breve compendium, ut excerptum quoddam fusiozem textum loco movisse mihi persuaserim. Contra Lagardius, qui cum parum perspectum haberet, quantopere interpolata esset memoria Epiphaliana, interpretationibus audacissimis et longe repetitis quaestiones Epiphalianas expedire conatus est, hanc quamvis dubitanter protulit sententiam: Epiphanium ipsum librum suum non edidisse, sed nihil nisi primam conceptionem scripsisse saepiusque plures et diversas textus formas adumbrasse, e quibus postea verum et integrum textum componere voluisset³⁾. Quod si ad nostrum locum refers, hoc evadit: uterque textus et amplior S et

1) Cf. Lagarde, 'Veteris testamenti ab Origine recensiti fragmenta apud Syros servata quinque' p. III.

2) Utrum anno 392 totus libellus iam exstiterit, id quod Lagardio probatum erat (sym. II p. 311), necne, infra nobis explorandum erit (p. 22).

3) Cf. sym. II p. 215.

contractior G genuinus est et alter alterum in archetypo Epiphiano excipiebat. Falsa hac sententia adductus Lagardius epitomen istam e G recepit etiam in Graecam suam editionem textus S¹), quam inscripsit: des Epiphanius buch über maße und gewichte zum ersten male vollständig. At foede interpolatam esse totam hanc partem libelli in G conspicuum est, praesertim cum tot eiusdem generis inveniantur excerpta, adeo ut plura verba facere inutile sit.

Etsi hac totius partis interpolatione textum G satis corruptum esse apparet, tamen tantum abest, ut totus textus peioris sit notae, ut ceterae partes ad recensendum libellum haud mediocris momenti sint. Inveniuntur sane in his quoque partibus corruptelae, quae tamen plerumque levioris naturae sunt, quamquam ne graviora quidem desunt menda velut p. 156, 22, quo loco G haec verba omittit: *συνάπτεται ἡ πρώτη τοῦ Ἐσδρα τῆ δευτέρᾳ καὶ γίνεται μὴ βιβλος*. Sententia autem loci haec est: sicut viginti duo litterae exstant apud Hebraeos, ita viginti duo quoque libri Veteris testamenti numerantur; sed quia quinque litterae binis formis exprimuntur, totidem libri e binis consistunt libris ita ut viginti septem libri inveniantur, numerentur viginti duo. Iam cum illa, quae attuli, verba desint in G, quattuor tantum reperiuntur huiusmodi libri enumerati in G, quia nomine unus revera duo libri sunt.

Plures locos adferre nihil expedit. Virtutem autem et pretium textus G in eo consistere puto, quod ab interpolationibus certe — si quidem eas mittimus, quas communes habet cum S — in priorē parte liber videtur, ita ut in hac sane re praestantior sit quam codices S, quos crebris interpolationibus depravatos esse nunc probabo.

Iam supra docui epitomen illam, quae praemittitur codicibus S, iniuria 'indicem capitum' appellatam nihil esse nisi excerptum metrologicum, quod olim in textum receptum erat; atque id quoque effecisse mihi videor, hanc interpolationem non propriam esse codicum S, sed in archetypo familiarum S et G exstitisse, unde servata est in S, eiecta e G: quare eam in hac quaestione non licet adhibere. At alia exstant interpolationis exempla codicum S propria, velut p. 153, 17 legitur in S: *περὶ ἀστερίσκου καὶ ὀβελοῦ καὶ λιμνίσκου καὶ ὑπολιμνίσκου ἦγον τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σημείων. ὁ ἀστερίσκος . . .*, quo loco G praebet: *. . . ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν λοιπῶν σημείων ὁ ἀστερίσκος . . .* Iam cum infra p. 161, 65 inveniamus: *αὕτη ἐστὶν ἡμῶν ἡ περὶ*

1) Deest haec epitome in editione Syriaca, quam antea dederat idem vir doctus in libro suo, qui inscribitur 'Veteris testamenti ab Origine recensiti fragmenta apud Syros servata quinque' p. 1 s.

ἀστερίσκου καὶ ὄβελου καὶ λιμνίσκου καὶ ὑπολιμνίσκου φράσις, φιλοκαλώτατε, statim suspicaberis ex ipso hoc loco interpolatorem codicis S inscriptionem suam — nam est nihil aliud — finxisse et ei parti, qua de istis signis agitur, praeposuisse. Haec sententia, quam primo obtutu non nimis certam iudicabis, praesertim cum ipsum Epiphanium consilio interdum locos librorum suorum repetivisse constet¹⁾, eo tamen adiuvatur et munitur, quod ista verba, quae S praebet, a sermone Epiphanii longe abhorrent, qui nulla inscriptione intermissa continua oratione narret. Quare vix dubitari potest, quin locus interpolatus sit in S.

Similem locum habemus p. 172, 22, ubi S et G eadem verba exhibent haec: εἰάν δὲ καὶ ἡ πέμπτη καὶ ἡ ἕκτη ἐρμηνεία συναφθῶσιν ἀκολούθως τούτοις (scil. τοῖς ἑξαπλοῖς), ὀκταπλᾶ καλεῖται; quibus tamen addit S: ich meine aber jene sechs Dolmetschungen und diese beiden anderen, die eine μὲν, welche mit hebräischen Buchstaben und eben solchen Worten geschrieben ist, die andere δὲ, welche mit griechischen Buchstaben zwar, aber mit hebräischen Worten. Quae verba repetita sunt ex his, quae exstant p. 159, 6: τὰς γὰρ ἕξ ἐρμηνείας καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν γραφὴν Ἑβραϊκοῖς στοιχείοις καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθεικώς, ἄλλην σελίδα ἀντιπαρέθετο δι' Ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, Ἑβραϊκῶν δὲ λέξεων . . . Sed illic satis supervacanea sunt haec verba et parum apte sermonis structurae inseruntur; iure igitur adnotationem quandam marginalem in textum receptam esse opinamur

Neque p. 157, 62 textus mihi integer videtur esse. Quam interpolationem quo melius illustrem, paulo longius res mihi repetenda est. In paginis istis primum quidem in universum explicatur de viginti duobus libris Veteris testamenti eorumque septuaginta duobus interpretibus; quae pars p. 156, 10 conficitur his verbis: καὶ οὕτως αἱ εἴκοσι ἑπτὰ βιβλοὶ αἱ ῥηταὶ καὶ ἐνδιάθετοι, εἴκοσι δὲ καὶ δύο κατὰ τὴν τοῦ ἀλφάβητου παρ' Ἑβραίων στοιχείωσιν ἀριθμούμεναι, ἡρμηνεύθησιν. Deinde (inde a p. 156, 13 usque ad p. 157, 62) separatim unusquisque liber perpenditur, quam disputationem haec claudunt verba: τῆς δὲ πέμπτης βίβλου τὸ τέλος ἀντὶ τοῦ εὐλογητὸς κύριος, γένοιτο, γένοιτο' πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον, ἀλληλοῦα'. Iam (inde a p. 157, 63) auctor totam rem comprehendens ad illam partem priorem illaque, quae supra attuli, verba recurrit ita: αὐταὶ τοίνυν αἱ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ βιβλοὶ, εἴκοσι δύο δὲ ἀριθμούμεναι . . . τὸν τρόπον ὃν εἶπομεν ἡρμηνεύθησαν Quae verba cum antecedentibus non ita bene cohaerere

1) Cfr. Dind. III, I p. V.

nec nisi vi quadam eis subiungi facile sentitur nec ipsum effugit diasceuastam, quippe qui verbis istis *ἀντα τοῦνν αἰ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ βιβλίοι* haec adscriberet: Denn nachdem sie so überlegt hatten, vollendetē sie die ganze dies betreffende Angelegenheit. Sed sermonem cum corrigere studeret, magis etiam corruptit; abhorrere enim ista a loci totius sententia consentaneum est; quare hic quoque tenemus interpolationem.

Plura eiusmodi exempla proferre nihil iuvat, quoniam ex iis, quae perpendimus, satis mihi hoc videtur apparere: et familias S et G non solum communes sed etiam proprias uniuscuiusque interpolationes et corruptelas praebere, et in priore quidem parte libelli textum G praestantiorē esse quam S.

Contra de tertia memoriae Epiphaniae specie, quam existitis supra vidimus, nihil fere potest dici nec diudicari, num haec quoque gravioribus interpolationibus et corruptelis foedata fuerit. Quamquam per se verisimilius est etiam in eam menda et vitia invasisse. Id unum, ut supra (p. 12) docui, pro certo stat perveterem esse hanc memoriae speciem.

Caput IV. Disputatio de familiarum rationibus ac virtutibus peroratur et comprehenditur.

In S textui prooemium quoddam praemissum est¹⁾, quod qua occasione et quo auctore Epiphanius scripserit libellum narrat; attamen statim nec sine iure quaesiveris, quid fidei ei prooemio subesse possit, quod ante ipsa illa verba excerpta exstet, quae ab interpolatore adposita esse modo vidimus. Sed cave leviter ac temere condemnes. Singula perpendamus. Legitur autem ita: Wiederum ziemt es sich zu wissen, welche Veranlassung eintrat, infolge derer der heilige Epiphanius diese Abhandlung machte, welche über Maße und Gewichte *handelt*, die in den göttlichen Schriften *vorkommen*. Facile apparet eum qui haec scripsit parum diligentem fuisse; neque enim, id quod saepius iam docui, de mensuris tantum et ponderibus est libellus neque omnes quas praebet Epiphanius mensurae leguntur in libris divinis²⁾. Quodsi paulo infra in eodem prooemio rectius dici videbis: collegisse auctorem 'aus allen göttlichen Büchern und einer Fülle von Geschichten', ne hoc quidem rei plane satisfacit, quippe cum haec quoque verba pondera tantum et mensuras comprehendant, non ceteras quae libello continentur res. Temere igitur et satis neglegenter a diasceuasta quodam haec adscripta esse patet. Sed pergit prooemium: Als eine kirchliche Veranlassung vorgefallen, und der heilige Epiphanius, Bischof von

1) Sym. II p. 210.

2) De hac re infra dicendum est.

Constantia in Cypern, von den gottliebenden Kaisern Valent(in)ianus und Theodosius und Arcadius und Honorius durch ihre Briefe berufen worden war, und er in Constantinopel sich aufhielt, erbat ein bescheidener Priester, Bardaiwān mit Namen, Perser an Geschlecht, ein Mann, der scharfsinnig war, indem er sich bestrebte den Nutzen der göttlichen Bücher zu erkennen, und in eben diesen göttlichen Büchern Gewichte und Maße gefunden hatte, von dem heiligen Epiphanius dem Bischofe die Kenntniss dieser *Dinge*. Er aber, nachdem er die Bestrebung dessen der gebeten hatte, angenommen hatte, gab sich *daran* zu arbeiten, und aus allen göttlichen Büchern und einer Fülle von Geschichten zu sammeln, und nachdem er dies getan hatte, schrieb und ordnete er. Und es ist das, was nachher gesetzt und verzeichnet ist, so. — *Alia horum facies. Atque primum quidem quod dicitur, Epiphanium Constantinopoli versatum esse, verum est; quo ut proficisceretur adductus est dissensione facta inter christianos Constantinopolitanos¹⁾. Sed hoc iter huc non facere consentaneum est, quippe quod fecerit episcopus anno 402 exeunte seu proximo ineunte²⁾, cum in scribendo libro iam occupatus sit anno 392³⁾. De altero itinere circa annum 392 facto nihil notum est; immo acta Bolandiana unum anni 402 iter eum fecisse statuunt, a quo regressus in mari anno 403 mense Maio defunctus est⁴⁾. Quare ea quae prooemio narrantur dubitationem movent, nisi forte episcopum alterum iter suscepisse putes, cuius memoria perierit. Quod non ita difficile est ad accipiendum, praesertim cum consideres Vitas illorum patrum, ut omnino hagiographias, non nimis fidei habere. Atque munitur aliquantulum prooemii narratio eo, quod occasione, qua adductum episcopum Constantinopolim venisse tradit, certe non obstat rerum historia. Nam imperatorem Theodosium, a quo vocatus Constantinopolim venisse dicitur episcopus, inde a mense Julio anni 391 Constantinopoli versatum esse e constitutionibus apparet inde emissis, quarum prima data est a d. XV Kal. Aug.⁵⁾, cum proxima paulo ante data sit Aquileiae pridie Id. Iul.⁶⁾ Librum autem vel potius canona imperatorum Romanorum, qui eo continetur, scriptum esse anno 392 (Arcadio et Rufino coss.) non ita multo post mortem Valentiniani II, qui occisus est Idibus Maiis anni 392, ex ipso canone apparet⁷⁾. Quare*

1) Causa Ioannis Chrysostomi tum maxime agebatur.

2) Cf. Socrates, hist. eccles. VI 12 (Migne LXVII p. 700).

3) Cf. Lagarde, sym. II p. 211.

4) Cf. acta S. Epiphanii Bolandiana cap. VII 54 (apud Dindorf. V p. LXIX).

5) Cf. Cod. Theodosiani (XIII 9. 4) ed. Mommsen et Meyer I 2. p. 762 (cf. I 1 p. CCLXX).

6) Cf. ibid. (XIV 2. 2) I 2 p. 772 (cf. I 1 p. CCLXX).

7) Cf. sym. II p. 174, 71 (cf. de hac re quae dixit Lagardius ibid. p. 211).

si fecit alterum iter Epiphanius, id eum suscepisse necesse est eo temporis spatio, quod interest inter alteram partem mensis Iulii anni 391 et medium fere annum 392. Quin etiam causam aliquam ad ecclesiam pertinentem leniter mihi videor sentire, qua Epiphanius adductus esse potuerit, ut proficisceretur; regressus enim Constantinopolim imperator paganos vehementius opprimendos curavit, cuius rei gravissima testis est constitutio data Constantinopoli a. d. VI Id. Nov. anni 392¹⁾, qua pagani deos suos colere vetabantur²⁾. Quare cum tempora et res non solum non obstant prooemii narrationi, sed etiam mirum in modum congruant cum ea, hinc multo maior fit prooemii fides, quam ab initio addubitaveramus.

Iam quo tempore initium scribendi fecerit Epiphanius apertum est, nimirum post medium mensem Iulium anni 391, quo mense Constantinopolim rediit Theodosius, neque certe multo post Idus Maias anni 392, quos ultra fines imperatorum canon non procedit. Non tam angustis finibus circumscribi potest totius libri perfectio; nam ipso anno 392, quo canona scriptum esse dixi, etiam totum librum, cuius pars erat, ad finem perductum esse, ut voluit Lagardius, non solum non necesse est status, sed ne verisimile quidem mihi videtur esse; etenim magis magisque eo adducor, ut putem nihil esse textus nostros nisi exigua fragmenta ex ampliore quadam encyclopaedia rerum ad librorum sanctorum studia pertinentium, cui sententiae favet omnis fragmentorum condicio et natura³⁾. Hoc unum certum est librum confectum esse ante annum 395, quo mortuus est imperator Theodosius: neque enim dubitari potest, quin episcopus, si post hunc annum edidisset librum, gravissimum hoc factum canoni adpositurus fuerit. Nam quod Lagardius ipsum Epiphanium librum non edidisse censet⁴⁾, hoc non possum probare. Longius enim mihi quidem intervallum videtur, quod est inter annum 392, quo in scribendo iam versatus est auctor, et annum 403, quo obiit. Neque iustis de causis adductus est Lagardius, ut suam statueret sententiam: licet mensurae nulla intercedente ratione et ordine legantur, licet, id

1) Cf. Cod. Theodosiani XVI 10, 12 ed. Mommsen et Meyer I 2 p. 900.

2) Cf. Victor Schultze, Geschichte des Untergangs des griechisch-römischen Heidentums, Ienae 1887, I p. 277.

3) Quam ad encyclopaediae naturam bene quadrat Iulicheri sententia, qui nuper (in Encyclopaedia P.-W. vol. VI p. 193 sub voce Epiphanius 3) nostro libro inserendas esse censuit vitas illas prophetarum, quae sub Epiphanii nomine traditae a multis viris doctis episcopo abiudicantur (edidit Eberhardus Nestle in 'Marginalien und Materialien', Tübingen 1893, II p. 1 s.). Quamquam has vitas prophetarum nihil aliud nisi excerptum genuini textus esse puto, id quod iam ex contractiore sermonis forma consequitur, quae abhorret ab oratione Epiphanii.

4) Cf. sym. II p. 215.

quod gravius est, de iisdem mensuris agatur locis diversis, hinc tamen librum non confectum neque ab ipso scriptore editum esse sequi nego; non solum enim iterationes haud ita raras legi apud Epiphanium Dindorfius docuit¹⁾, sed etiam auctor ipse quoque huiusce rei veniam quaerit, cum dicit: Niemand aber von denen, welche auf die von uns zum zweiten Male genannten Gewichte oder Maße stoßen, möge tadeln als sei es außerhalb der Aufgabe geschrieben worden, sondern möge die Genauigkeit lernen, daß, wenn wir auch vorher über sie gesprochen haben, aber ein wenig kurz, wir nun auch das abgekürzte der Genauigkeit halber gesetzt haben (sym. II p. 200, 68). Unde quid lucratur? Hoc certum est: ipsum Epiphanium librum vel potius hanc partem metrologicam haud ita diligenter composuisse, sed mensuras et pondera adhibuisse, quo quidque ordine fors ei obtulisset. Quae sententia nihil habet, quo offendaris; senem enim episcopum aliis et maioribus curis obstrictum huic parti non nimis temporis tribuisse quis mirabitur? Aliena denique erat ab eo, ut iam Lagardius dixit²⁾, res metrologica, et ea tantum de causa inseruit hanc partem operi suo, quod aut encyclopaedia desiderari putabat talem tractatum aut ab aliis ut scriberet, rogatus erat. Quare nihil est causae, cur cum Lagardio non ab ipso Epiphanio librum editum esse sumamus. Immo absolvit opus et publici iuris fecit ipse episcopus non post annum, ut supra vidimus, 395.

Reliquum est, ut de Persa illo sacerdote Bardaiwân pauca dicamus, a quo rogatum Epiphanium libellum suum composuisse ex prooemio discimus. Cui rei quae insit fides et auctoritas diudicari non potest. Sed cum cetera, quae in prooemio continentur non solum fieri potuisse, sed etiam firmari quodammodo temporum et rerum statu supra viderimus, ne hanc quidem narrationem a limine reicies. Haud scio an ille sacerdos is fuerit, cui Epiphanius librum suum dedicavit; nam episcopum pariter atque cetera omnia opera hunc quoque librum ad virum quendam misisse ex allocutionibus apparet, quae saepius occurrunt, velut: ὦ φιλοκαλώτατε, ὦ θεοφιλέστατε, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ. Quodsi ipsum nomen in libello non invenitur, hoc novam supponit causam nostrae opinioni, qua fragmenta tantum libri amplioris nobis exstare suspicati sumus. Hoc igitur teneamus: resecto initio summa quae restat prooemii proba videtur.

Quibus rebus pertractatis ea quae de memoria librorum manuscriptorum effecimus paucis complectamur. Textus libri Epiphaniiani, qui inscribitur *περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν*, revera autem encyclopaedia

1) Dindorf III, I p. V.

2) Cf. sym. II p. 183.

est composita ad studia librorum sanctorum, postquam scriptus est circa annum 392, exiguo intermisso spatio foede corruptus variisque interpolationibus pessumdatus est. Quin etiam ipse textus genuinus mature periisse videtur, ita ut nihil nisi excerpta quaedam et fragmenta plus vel minus integra remanserint, quae ad nos sub titulo 'περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν' pervenerunt. Memoria huiusce textus corrupti ante initium septimi saeculi in plures, certe tunc quidem in duas¹⁾, familias discessit, quarum utraque novis corruptelis et interpolationibus obiecta erat, id quod probant familiae et S et G, sed ita ut haec priore quidem in parte praestantior sit, in tractatu metrologico, qui foede interpolatus est, ab S superetur. — Pessima igitur est memoriae Epiphaniae condicio: ex excerptis ac fragmentis male traditis genuinam libri formam numquam restituere poterimus, nisi nova quando manuscripta ex latebris nobis obtulerit fors et fortuna.

Caput V. De singulis singularum familiarum libris manuscriptis.

Paucis licet absolvere

familiam S.

S₁ Codices *Londinenses* 17148 et 14620 gemellos esse rarisque tantum S₂ locis inter se differre inutile est exemplis ostendere; quippe quod primo obtutu pateat. Utrum vero alter ex altero descriptus sit an uterque ex exemplari quodam communi manarit, vix discerni posse videtur. Scriptum esse S₁ saeculo septimo et post annum 650 et ante annum 660, S₂ saeculo nono dicit Lagardius²⁾.

Eadem fere res in

familiae G libris est; nam omnes artissime inter se coniunctos esse familiaritate vel iis locis satis superque demonstratum est, quibus diversitatem familiarum S et G modo probavimus³⁾. De singulorum librorum G condicione atque natura haec sunt. Primum locum tenet [codex *Ienensis* (Msc. Bos. f. 1) scriptus anno 1304, quem Dindorfius his collaudat verbis⁴⁾: 'ad codices quod attinet nullum dum investigare potui, qui aut antiquior aut melior sit, quam Ienensis'. Hoc codice ad edendos Epiphaniae libros Basileae usi sunt Ianus Cornarius, qui anno 1543 versionem Epiphaniae Latinam dedit, et Ioannes Oporinus, qui anno 1544 l'editionem, quam dicimus Basileensem' emisit⁵⁾; quarum priorem Cornarii littera I, alteram Oporini Lagardium secutus littera c notavi.

1) Familia G num illo tempore iam exstiterit nescimus: codex noster vetustissimus I scriptus est anno 1304.

2) Cf. 'Veteris testamenti ab Origine recensiti fragmenta apud Syros servata quinque' p. III.

3) Cf. supra p. 2 s.

4) Cf. Dind. IV, I p. I.

5) Cf. Dind. I p. IV.

Secundum locum teneat

codex *Parisinus* Graecus 835, 'liber chartaceus seculi sexti decimi p ineuntis, e codice descriptus qui simillimus Ienensi fuit, quocum ubique fere consentit Parisinus, et ex duobus compositus voluminibus, quemadmodum Ienensis olim fuit¹⁾. Cuius codicis volumen II, adn. 835, librum qui inscribitur 'περι μέτρων και σταθμῶν' continet. Codice p in libro hoc recensendo usus est Dionysius Petavius, qui Epiphaniae opera instructa interpretatione Latina Parisiis edidit anno 1622. Quam editionem neque ipsam satis accurate impressam esse et novis cum erroribus typothetarum plurimis Coloniae sive Lipsiae repetitam esse anno 1682 dicit Dindorfius¹⁾. Neque vero hanc editionem, quam cum Dindorfio littera P P significavi, prorsus neglegendam esse puto, cum haud mediocri cura, quod quidem e tenui Dindorfii apparatu critico cognosci possis, codex emendatus esse videatur a Petavio, qui — ut mittam cetera — diligenter id egit, ut corrigeret menda illa librariorum, qua posteriore aetate e simili quarundam litterarum pronuntiatione orta sunt. — Simillimos esse libros I et p Dindorfius probavit.¹⁾

Tertius huius familiae est

codex *Vratislaviensis* 240²⁾ membranaceus saeculi quarti decimi, quem r etsi simillimum codicibus I et p, tamen paulo deteriorem atque a librario haud ita diligenti scriptum esse puto. Codex enim quamquam ab altera manu correctus est, tamen haud rara menda a librariis commissa praebet; quae cuius sint naturae ex paucis his exemplis satis intelleges:

| scripturae codicis r: | | vulgatae scripturae: |
|-----------------------|-------------|----------------------|
| p. 155, 81 | εὐδομήκοντα | ἐβδομήκοντα |
| „ 156, 15 | οὖν | νοῦν |
| „ 157, 61/62 | ἐνεσάτω | αἰνεσάτω |
| „ 167, 48 | παρελήφθη | περιελείφθη |
| „ 168, 4 | σευεριανός | Σενήρος |
| „ 169, 27 | κοδόμου | Κομόδου |
| „ 172, 38 | γαλήινον | Γαλήνον |
| „ 175, 11 | ισότερον | ισόμετρον |
| „ 180, 48 | ἀλέβρου | ἀλεύρου |
| „ 182, 28 | σαπάντιον | βαλάντιον. |

Praesertim ea menda, quae simili vocalium pronuntiationi debentur, hic saepius quam ceteri codices praebet.

Pessimae notae et omnium neglegentissime scriptus esse videtur codex *Vindobonensis*³⁾, de quo, quia lectiones nusquam adnotatae C

1) Cf. Dind. I p. V. 2) Cf. ibid. p. VI. 3) 127 Supplem Kollarii p. 738.

sunt, nihil adferre possum nisi haec, quae dicit Dindorfius¹⁾: 'est codex chartaceus seculi quarti decimi , qui ipse quoque Ienensi est simillimus, propria vero sibi habet vitia orthographica imperiti librarii diphthongos et vocales pronuntiatione similes saepissime confundentis, quod raro commisit antiquior et peritior codicis Ienensis librarius²⁾'.

Postremo pauca dicenda sunt de libris manuscriptis illorum fragmentorum ex, quibus

tertiam memoriae speciem eamque diversam ab S et G fuisse conclusimus. Atque primum quidem epitomen septuaginta interpretum adhibuimus, quam editam olim a Montefalconio in Prolegomenis ad Origenis Hexapla e duobus libris manuscriptis

Parisino Graeco 146³⁾ saeculi decimi et *Vaticano* quodam, nuper repetivit Dindorfius IV, I p. VII s. De his tamen codicibus nihil possum dicere.

Deinde epitomen opificii mundi adhibuimus, quae e

Veneto Marciano Graeco 125 a Dindorfio IV, I p. XV s. edita est; quem codicem ita collaudavit Dindorfius (vol. I p. VII): 'Codex igitur Marcianus scriptus est in membranis formae maioris, foliis 394 bipertitis, ab Ioanne presbytero, anno aerae nostrae 1057, ut ex subscriptione intellegitur, ἐργάφη χειρὶ ἰωάννου πρεσβυτέρου ἐν ἔτει 595 ἐ ἰνδ. ι', manu eleganti, . . . (p. VII) Praestat autem liber Marcianus ceteris omnibus non solum vocabulis singulis saepe emendate scriptis vel sententiis integris rectius conformatis, sed etiam quae praecipua eius laus est, servatis plurimis, quae in aliis libris omnibus exciderunt, praesertim ubi idem vocabulum bis intra breve intervallum lectum librariorum recentiorum oculos fefellit' (p. VIII).

Tertio loco perpendimus excerptum metrologicum, quod in fragmento mensurarum e pluribus tractatibus compilato exstat: hoc ex his tribus libris manuscriptis edidit Lagardius in sym. I p. 210:

Bodleiano misc. 212 (Lagardio mihique O), fol. 87¹—97² et

Parisino Graeco 2665 (Lagardio mihique D), fol. 204¹—210¹ et

Bodleiano misc. 211 (Lagardio mihique M), fol. 73¹—78².

1) Dind. I p. VI.

2) Quodsi I et p maioris momenti sunt ad libellum, de quo agitur, recensendum quam r et C, miror cur Lagardius non contulerit I, aut — si hunc codicem inspicere non licuit — p, quem adferre his verbis abnuit: die lesarten der pariser handschrift graecus 835 (früher 450 482 2318) von mir 1874 in Paris verglichen (blatt 206 ff.) habe ich nicht in die anmerkungen eingetragen, weil mir wenig dabei herauszukommen schien (sym. II p. 152). Ne sit sane magnum inter p et r discrimen, certe tamen utilius est meliores codices conferre quam apparatus criticum lectionibus levioris vel nullius momenti adnotatis implere.

3) Olim Regio 1807 (cf. supra p. 7 adn. 2).

Quos libros paucis Lagardius ibidem absolvit ita: das iota adscriptum, das sich in ihnen einige Male (93 B, 13 usw.) erhalten hat, beweist, daß sie einem codex etwa des eilften Jahrhunderts entstammen: dieser selbst muß unbedingt auf eine uncialhds. zurückgehn.


Denique attulimus versionem illam Epiphianianam Latinam, quam dicunt 'veterem'. Edita est haec versio e codicibus

Parisino Latino, ut videtur, 8680
saeculi decimi a Le Moynio, repetita e

Vaticano Latino 3852 a Hultschio
qui (in praefatione metr. II p. XV) haec dicit: 'Nobis in hac nova editione auxilio venit prompta Wlfg. Helbigii comitas, qui Vaticanum codicem 3852 (inde a fol. 122^b extr.) accurate cum Le Moynii libro contulit. Atque huic quidem codici, quem A notavimus, merito a nobis maiorem, quam Le Moynio auctoritatem attributam esse facile cognosces ex variis scripturis,'

Quam igitur statuimus Epiphianianae memoriae speciem diversam ab S et G, ea quidem optimis libris manuscriptis debetur.

Atque ut ex solemnī more librorum omnium rationes una specie comprehenderem, hoc stemma adposui:



B. De tractatu Epiphianiano 'περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν'.

Partem illam libri Epiphianiani, qua mensurae continentur et pondera, persaepe seorsum editam esse supra commemoravi¹⁾. Cuius partis textus integer sola familia S traditur, cum codices G nihil nisi epitomen praebent. Quos textus omnes deinceps perscrutemur. Atque ita instituamus rem, ut primum quidem lectionis formas inter se comparemus, deinde, quae quoque textu mensurae et pondera adferantur, perpendamus. Sed priusquam ad ipsam rem accedamus, singulos, quibus pars metrologica continetur, textus enumeremus; sunt autem hi:

1. textus integer, quem habes in S: sym. II pp. 174—203. S
2. excerptum traditum libris G: metr. I pp. 259—267. G

1) p. 1 et 16.

3. excerptum (versio Latina, quae dicitur 'vetus') traditum Vaticano codice 3852 (= A Hultschii) inde a fol. 122^b extr. (et Parisino Latino 8680): metr. II pp. 100—106; mihi v.
4. excerptum, quod pars est fragmenti metrologici e pluribus compilati; quod fragmentum traditur codicibus Bodleiano misc. 212 fol. 87¹—87² (= O Lagardii), Parisino Graeco 2665 fol. 294¹—210¹ (= D Lagardii), Bodleiano misc. 211 fol. 73¹—78² (= M Lagardii): sym. I pp. 211—223 (mihi f); cuius fragmenti pars 89 B 18—93 B 15: sym. I pp. 214—218; mihi α.
5. excerptum traditum codice Parisino Graeco 2361 (= Pⁱ Hultschii): metr. I pp. 267—272; mihi β.
6. excerptum traditum codicibus Vaticano Graeco 2130 (= V) Laurentiano plutei 57, 42 (= L) Cryptaferratensi VIII, z α XXX (= C): v. infra in altera parte libelli; mihi γ.
7. excerptum additum integro textui S: sym. II pp. 211—213; mihi δ.
8. excerptum traditum in codice Antonii Eparchi Parisino Graeco 1630: metr. I pp. 273—276; mihi ε.
9. excerptum, quod pars est illius fragmenti f 95 A 7—96 A 6: sym. I pp. 220—221; mihi ζ.
10. excerptum traditum codicibus Parisinis Graecis 2731 et 272^o et 2830 (= A B C Lagardii): sym. I p. 223—225; mihi η₁.
11. excerptum, quod pars est illius fragmenti f. 87 A 1—89 B 20: sym. I pp. 211—214; mihi η₂.
12. excerptum traditum codicibus Vaticano Graeco 2130 (= V), Laurentiano 57, 42 (= L): v. infra in altera parte libelli; mihi η₃.

Caput I. Quae ratio intercedat inter diversas memoriae Epiphaniae libelli formas et singula excerpta.

1. Ex his cum textum S supra iam tractaverim, hoc loco mitto. Accedamus igitur ad excerpta.

2. Excerptum G textum genuinum et fusiorem familiae G loco movit. Cuius excerpti ut fontem enucleemus, compono G cum S:

S legitur:

(sym. II p. 186, 22):

28. Περὶ ἀριτέβης. τοῦτο τὸ μέτρον παρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἔστι δὲ ὀβ' ξεστῶν. ἐκ πολλῆς δὲ ἀκριβείας καὶ τοῦτο οὕτω συνήχθη.

G legitur:

(metr. I p. 262, 21):

14. Ἀριτέβη. τοῦτο τὸ μέτρον παρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἔστι δὲ ἑβδομήκοντα δύο ξεστῶν. ἐκ πολλῆς δὲ ἀκριβείας καὶ τοῦτο οὕτως συ-

ἑβδομήκοντα γὰρ καὶ δύο ἄνδρες τότε τὸν πύργον ᾠκοδόμουν καὶ τὴν Βαβυλώνα, ὅτε εἰς ὀβ γλώσσας ἕκ μιᾶς συνεχρήθησαν. ὅθεν καὶ μέροπες ἐκλήθησαν διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ μετρητὴς τὸ μέτρον ἔχει κατὰ τὸ μέτρον τὸ ἄγιον.

sym. II p. 187, 59:

30. Τρία μέτρα σεμιδάλεως, ἃ τοῖς ἀγγέλοις Ἀβραὰμ τὴν Σάρραν ἐτοιμάζειν προσέταττεν, ἐξ ὧν τριῶν μέτρων ἐγκρουφίαν ἄρτου γενέσθαι ἐνετείλατο. ταῦτα δὲ τὰ μέτρα ἕκαστον γόμορ ἐχώρει·

τὸ δὲ γόμορ δέκατον ἦν τοῦ μεγάλου μέτρον τοῦτ' ἐστὶ τῆς ἀρτάβης, ὃ γίνεται ἐπὶ ξέσται καὶ πέμπτον.

ibid. p. 194, 12:

Τάλαντόν ἐστὶ τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμιζόμενον μέτρον ὃ κατὰ μὲν τὸν λιτρισμὸν ρκε λιτρῶν ὑπάρχει

ibid. p. 196, 8:

50. Χαλκοῖ. τούτους οἱ Αἰγύπτιοι ἐφεύραντο. ἀργύρια δὲ εἰσι τετυπωμένα· δι' ὃ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια χάλκινα καλεῖται. ἔστ δὲ ὁ χαλκοῦς τῷ σταθμῷ ὄγδοον οὐγκίας ὡς ἡ δραχμή.

νήχθη. ἑβδομήκοντα δύο ἄνδρες τότε τὸν πύργον ᾠκοδόμουν, ὅτε καὶ εἰς ἑβδομήκοντα δύο γλώσσας ἕκ μιᾶς συνεχρήθησαν. ὅθεν καὶ μέροπες ἐκλήθησαν εἰς τὴν μεμερισμένην φωνήν. τὸ δ' αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ ὁ μετρητὴς ἔχει κατὰ τὸ μέτρον τὸ ἄγιον.

15. Τρία μέτρα σεμιδάλεως, ἃ τοῖς ἀγγέλοις Ἀβραὰμ τῇ Σάρρα ἐτοιμάζειν προσέταττεν, ἐξ ὧν μέτρων ἐγκρουφίαν ἄρτου γενέσθαι ἐνετείλατο. ταῦτα δὲ τὰ μέτρα ἕκαστον γόμορ ἐχώρει.

16. Το δὲ γόμορ δέκατον ἦν τοῦ μεγάλου μέτρον, τουτέστι τῆς ἀρτάβης, ὃ γίνεται ἐπὶ ξέσται καὶ πέμπτον.

ibid. p. 265, 1:

34. Τάλαντόν ἐστὶ τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμιζόμενον μέτρον. κατὰ δὲ τὸν λιτρισμὸν ρκε λιτρῶν ὑπάρχει.

ibid. p. 266, 9:

43. Χαλκοῖ. τούτους οἱ Αἰγύπτιοι ἐφεύραντο. ἀργύρια δὲ εἰσι τετυπωμένα δύο. καὶ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια καλοῦνται χάλκινα. ἔστ δὲ ὁ χαλκοῦς τῷ σταθμῷ ὄγδοον οὐγκίας, ὡς ἡ δραχμή.

Ex hac tabula textum excerpti G plane fere consentire cum S nec nisi raro et rebus levissimis ab eo discedere conspicuum est.

3. et 4. Sed adhibeamus excerpta v et α eaque comparemus et cum S et cum G. Ex iis quae supra (p. 10¹) dedi specimina lectionis, hoc apparet, textus v et α, cum plerumque congruant cum S, tamen hic illic cum G facere idque eis locis, quibus G textum exhibet

1) De versione v cf. quae dixi p. 11.

paulo diversum ab S. Unde concludimus et G et v et α eodem fluxisse ex fonte et tali quidem, cuius textus haud ita multum discesserit ab S. Haec discrepantia inter S et G v α , quae lectionum similitudine leviter tantum indicatur, aperta et dilucida fit alia re perpensata; etenim ipsae mensurae et pondera cum eodem ex ordine adferantur in G v α , ex diverso exhibentur in S; ordo autem est hic:

in S (sym. II p. 198, 80): in G (metr. I p. 264, 13) et in v
 (ibid. II p. 106, 1) et in α (sym. I
 p. 218, 93 A 13):

| | | |
|-------------|-------------------|-------------------|
| cap. 54 § 1 | <i>μάρις</i> | <i>μάρις</i> |
| ibid. § 2 | <i>κύπρος</i> al. | <i>κύπρος</i> al. |
| cap. 55 | <i>ξέστης</i> | <i>κολλαθόν</i> |
| cap. 56 | <i>κογγιάριον</i> | <i>κογγιάριον</i> |

ξέστης, cuius loco G v α *κολλαθόν* praebent, in G v α post *τρυβλίον* adfertur (cf. metr. I p. 264, 1), cum *κολλαθόν* in S superiore tractetur capite (33 sym. II p. 189, 36). Apparet igitur etiam ordine mensurarum v et α congruere cum G, differre ab S.

Constat igitur, excerpta G v α ex eodem fonte descendisse diverso ab S. Atque altiozem in aetatem recedere hunc fontem ex v intellegitur, quod fragmentum ut quo Isidorus Hispalensis circa annum 600 usus sit¹⁾, pervetus esse consentaneum est. Neque vero descendit aut G aut α ex v, propterea quod textus v quibusdam locis copiosior est quam G aut α .

Adhuc ea tantum respeximus excerpta, quae ex exemplari quodam Epiphaniiano fluxisse videantur, quod ad nos non pervenit. Sunt tamen etiam, quae ex S pendent.

5. Quo in numero excerptum β est, cuius ne ullum quidem investigare potui locum, quo discedat ab S, nisi quod interdum non ipsa Epiphanii verba sed argumentum brevioris oratione reddit. In reliquis rebus quam accurate congruat cum S, ex his cognosce exemplis:

S exhibet:

sym. II p. 194, 12:

45. ¹Τάλαντον²
 . . .³ . . . ῥκε λιτρῶν ὑπάρχει,
 κατὰ δὲ τὰς λεπτότητας ἐν τῷ νο-
 μίσματι εἰς λεπτὸν κοπέϊσας εἰς
 ἑξακισχίλια λεπτὰ διαιρεῖται . . .
⁶λεπτὰ καλεῖται ἀσσάρια,

β exhibet:

metr. I p. 267, 111:

1. Τάλαντον. τοῦτο
 . ῥκε λιτρῶν ὑπάρχει,
 κατὰ δὲ τὰς λεπτότητας ἐν τῷ
 νομίσματι εἰς λεπτὸν κοπέϊσας
 εἰς ,5 λεπτὰ διαιρεῖται· ἃ
 καλεῖται ἀσσάρια· ὃ ἐρμηνεύεται

1) Cf. supra p. 12.

...; ἄσσάρια aber wurden sie genannt, indem übersetzt wurde ἐκ τῆς ἑβραϊδος τὸ ἡλαττωμένον.

Ἐξ δὲ ἄσσάρια ὑπῆρχε τὸ δηνάριον, ῥ δὲ δηναρίων ὑπῆρχεν ὁ ἀργυροῦς. Ἐξ δὲ ἄσσάρια δὲ ἦσαν ἐκεῖνα β τὰ ὑπὸ τῆς χήρας εἰς τὸ γαζοφυλάκιον βεβλημένα, ἃ καὶ δύο λεπτὰ ἐκαλεῖτο τὰ γὰρ ἄσσάρια λεπτεπίλεπτα ἦν. ¹⁰.....

46. Ἡ δὲ λίτρα ἰβ οὐγκιῶν ὑπάρχει. ²auch sie aber ἐξ ἑβραϊδος ist ihrem Namen nach κτλ.

ἐκ τῆς ἑβραϊδος ἡλαττωμένον. Ἐξ δὲ ἄσσάρια ὑπῆρχεν

ὁ ἀργυροῦς. δηνάρια δὲ ἦσαν ἐκεῖνα β τὰ ὑπὸ τῆς χήρας εἰς τὸ γαζοφυλάκιον βεβλημένα. ἃ καὶ δύο λεπτὰ ἐκαλεῖτο τὰ γὰρ ἄσσάρια λεπτεπίλεπτα ἦν.

3. Λίτρα δὲ

ἐξ ἑβραϊδος κτλ.

Haec sententia confirmatur etiam eo, quod ordo mensurarum et ponderum idem est in β atque in S, quamquam β incipit a ponderibus, subiungit mensuras, cum S a mensuris initium faciat, quibus adicit pondera.

6. Similiter excerptum γ ex S fluxisse videtur. Bonus enim eius textus tam accurate congruit cum S, ut multis locis Graecum versionis Syriacae exemplar ex eo restituere possimus. Neque vero exempla afferam hoc loco, quippe cum in fine libelli appendicem addam locorum huc spectantium¹⁾. — Atque probatur sententia qua excerptum γ ex S fluxisse contendimus eo, quod in γ κολλαθόν eodem loco adfertur atque in S, cum in G v α alio loco exstat. Quare si paulo post ordinem deprehendimus diversum ab S — velut μάργην mensuram in extremo libello exhibet S²⁾, cum in γ iam multo supra post κύαθον³⁾ exstat —, nihil offendimus; tantum enim abest, ut temere egerit excerptor, ut cavisse videatur, ne mensurae vel pondera, inter quae rationem certam intercedere animadverteret, capitum dispositione dirimerentur. Huc quidem spectat, quod minae ponderi, de quo in S capite 51⁴⁾ agitur, statim libram, unciam al.⁵⁾ subiungit, quae in S multo infra in capite 54 tractantur⁶⁾.

7. De excerpto δ, quippe quod catalogi speciem praebeat, ex textus forma nihil effici potest. Sed aliquid lucis redundare videtur ex mensurarum et ponderum ordine, quem proprium huius epitomes esse et diversum ab S supra vidimus⁷⁾. Neque enim plane perturbatus est

1) Cf. infra. 2) Cf. sym. II p. 198, 81.

3) Cf. infra.

4) Cf. sym. II p. 196, 12.

5) Cf. infra.

6) Cf. sym. II p. 198, 87.

7) Cf. supra p. 13.

in excerpto pristinus ordo; licet enim singulae eius partes alio se excipiant ordine atque in S et G v α, in ipsis tamen partibus genuinus tenor servatur, quem si accuratius examinamus, eundem deprehendimus, quem in S, velut *κολλαθόν*, quod alio loco in S, alio in G v α exstare vidimus, in δ pariter atque in S legitur post *νέβελ οἶνον*. Ergo excerptum δ ex S fluxisse non temere suspiceris.

8. et 9. Alia mihi videtur esse excerptorum ε et ζ condicio, quae ex parte quidem eandem ambo habent originem. Ex tribus enim partibus, quibus efficitur ε, prima cum excerpto ζ ad eundem redit fontem, nisi quod excerpti ε pars prima post *κύαθον* finitur, cum ζ pauca quaedam addat. Quae excerpta utrum ex S pendeant an ex alio fonte Epiphaniiano, qui nobis periit, derivata sint, difficile est dictu. Conferas velim locos hos:

S (sym. II p. 194, 12):

45. . . .¹ Τάλαντον
 . . .⁶ λεπτά καλεῖται ἀσσάρια

⁸ξ δὲ ἀσσάρια ὑπῆρχε τὸ δηνάριον

ρ δὲ δηναρίων ὑπῆρχεν ὁ ἀργυροῦς . . .¹⁰ καὶ ὁ ἀργυροῦς ἐτυπώθη ἀπ' ἀρχῆς τὸ νόμισμα.

ibid. p. 194, 17.

³ . . . das heißt talent, ὁ κατὰ μὲν τὸν λιτρισμὸν ρ̄κε λιτρῶν ὑπάρχει. ¹ Τάλαντόν ἐστὶ τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμιζόμενον μέτρον.

ibid. p. 189, 38.

34. ¹ Ἀλάβαστρον μύρον βησίον μὲν ἐστὶν ὑελοῦν τῷ ὀνόματι, λίτρας δὲ ἐστὶ τὸ ἐν αὐτῷ τοῦ ἐλαίου σταθμῷ. . . .³ ἀλάβαστρον δὲ κέκληται διὰ τὸ εὐθροπτον ἀλί ὄν ἀπεικαζόμενον.

Neque alia ratio est in excerpti ζ parte extrema, quam deesse vidimus in ε:

S (sym. II p. 186, 22):

28. Περὶ ἀρτάβης. τοῦτο τὸ μέτρον παρ' Αἰγυπτίους ἐκλήθη.

ε (ζ) (metr. I p. 274, 6):

6. Τάλαντον λίτρα λεπτή ἐλέγετο. λεπτά δὲ ἐκαλοῦντο τὰ ἀσσάρια, ἦγουν τὰ δέκα νομμια. ἐξήχοντα δὲ ἀσσαρίων ὑπῆρχε τότε τὸ δηνάριον, τουτέστι τὸ κεράτιον. ἐκὰτον δὲ δηναρίων ὑπῆρχεν ὁ ἀργυρος. ἀργύρου δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἐτυπώθη τὸ νόμισμα.

τάλαντον δὲ κατὰ λιτρισμὸν ρ̄κε λίτραι εἰσί. τάλαντον δὲ πάλιν ἐστὶ τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμιζόμενον μέτρον.

7. Ἀλάβαστρον ἐστὶ βισσίον ὑελοῦν, χωροῦν ἐλαίου λίτραν μίαν.

ἀλάβαστρον δὲ λέγεται ἀλιπαρεὶ κομιζόμενον διὰ τὸ εὐθροπτον.

ζ (sym. I p. 220, 95 B 12):

ἀρτάβη
 ἐκλήθη παρ' Αἰγυπτίους [S]·/·χ̄οβ̄:

²ἔστι δὲ $\overline{\alpha\beta}$ ξεστῶν. ⁵τὸ
 δ' αὐτὸ καὶ ὁ μετρητῆς τὸ μέτρον
 ἔχει κατὰ τὸ μέτρον τὸ ἄριον.
⁶εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλοι μετρηταί,
⁷in Kypros zwar, indem ἀπὸ λη-
 νοῦ 104 xesten καταγγιζομένων,
 τῶν δ' ξεστῶν εἰς τρυγίαν λογιζο-
 μένων, $\overline{\theta}$ δὲ λογιζομένων καθαρῶν.

μετρητῆς ἔστι

χ $\overline{\rho\delta}$ ἀπὸ ληνοῦ καταγγιζόμενος,
 τῶν δ' λογιζόμενον εἰς τρυγίαν.

Hi quos attuli loci non eiusmodi sunt, unde certum fieri possit iudicium, quamquam paulo versimiliter esse putaverim excerpti ζ et ε communem fontem differre ab S novamque illam indicare Epiphaniae memoriae speciem, quae perit. Ex ordine autem mensurarum, qui alibi saepius nobis auxilio venit, hic nihil colligi potest, quippe cum desint aliquot mensurae et valde turbata sit series genuina. Ceterum utrumque excerptum alia quaedam eaque aliena ab Epiphanio adponit, id quod infra in capite II huiusce argumentationis docebimus. Haec de excerpti ε prima parte; appendicis loco adicio, ceteras eius partes¹⁾ longe aliam prae se ferre speciem, quippe quae catalogi instar singula mensurarum et ponderum nomina enumerent eisque, quid quodque valeat, nudis verbis addant.

10 et 11 et 12. In excerptis η (η₁ η₂ η₃) gemellis, quae pluribus efficiuntur partibus, Epiphanianam memoriam eamque cum alienis additamentis contaminatam exstare in capite II demonstrabimus. Sed ne eorum quidem, quae Epiphanio tribuenda sunt, fons patefieri potest: multa quidem satis apte consentiunt cum S, velut:

S (sym II p. 193, 57):

. . . Μεθεκῶθ μὲν λέγει τοὺς κνά-
 θους, τὰ δὲ μασμαρῶθ λέγει τοὺς
 διυλιστήρας. πολλάκις δὲ τῷ αὐτῷ
 ὀνόματι χρῆσάμενος λέγει περὶ
 τῶν ἡθμῶν. ἡθμοὶ γὰρ καὶ διυλι-
 στήρες διὰ τὴν μίαν καὶ αὐτὴν
 χρῆσιν μασμαρῶθ eben im He-
 bräischen καλοῦνται.

ibid. p. 192, 46:

Κύαθος . . . πῆ μὲν εἰς ἀπλοῦν
 ποτήριον, ὃ ἔστι ξέστου τὸ ἕκτον,

η₃ (infra in altera parte libelli):

Μεθεκῶθ λέγει τοὺς κνάθους, τὰ
 δὲ μασμαρῶθ λέγει τοὺς διυλι-
 στήρας ἦτον ἡθμοῦς.

Κύαθος πῆ μὲν εἰς ἀπλοῦν πο-
 τήριον, <ὃ> ἔστι ξέστου ε', πῆ δὲ

1) I. e. Hultschii fragmenta 86 et 87.

Viedebant, Quaestiones Epiphaniae.

πῆ δὲ εἰς διπλοῦν, ὃ ἐστὶ ξέστου
τὸ τρίτον. ἀντλητήριον δὲ ἐστίν,
ἀπὸ κεραμίου ἀντλοῦν διὰ μακρᾶς
λαβῆς.

εἰς διπλοῦν, ὃ ἐστὶ ξέστου γ'.
ἀντλητήριον δὲ ἐστίν ἀπὸ κερα-
μίου ἀντλοῦν διὰ μικρᾶς λαβῆς.

Attamen haud rariora differunt ab S, velut

S (sym. II p. 186, 22):

Περὶ ἀρτάβης. τοῦτο τὸ μέτρον
παρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἔστι δὲ
ὀβ' ξεστῶν. ἐκ πολλῆς δὲ ἀκρι-
βείας καὶ τοῦτο οὕτω συνήχθη. . .

ibid. p. 189, 18:

Τρία κανᾶ χονδριτῶν. Nicht als
Maß gebraucht dieses ὄνομα die
Schrift, das κανᾶ, für κανίσκοι
aber vielfach, οὓς εἰώθασι οἱ ἄν-
θρωποι λέγειν. Das aber was er
sagt χονδριτῶν, ἔνθα εἰώθεσαν
τότε ἐν κανίσκοις ἀποτίθεσθαι τοὺς
χονδρίτας τούτους. εἰσι δὲ εἶδος
σίτου εἰς δύο τεμνομένου.

ibid. p. 193, 62:

Τρυβλίον δὲ ἐστὶν ὀψόβαφον τὴν
πλάσιν ἤτοι παροψίς. ἡμισυ δὲ
ξέστου τὸ μέτρον ἔχει.

η₃ (infra in altera parte libelli):

Ἀρτάβη ἐστὶν ξεστῶν ὀβ' μέτρον
τέλειον.

ibid.

Τρία κανᾶ χονδριτῶν. Τὰ κανᾶ
κανισκέλλεα καλεῖ·

χονδριτῶν δὲ ἐστὶν εἶδος σίτου
εἰς δύο τεμνομένου.

ibid.

Τρυβλίον τὴν μὲν πλάσιν ἔστιν
ὀξυβάφον ἤτοι παροψίς· χωρεῖ
δὲ ξέστου τὸ c.

Eiusmodi sunt hi excerptorum η loci, quos aut ab excerptore, qui ipsa fontis verba reddere noluerit, mutatos esse statuas aut ex alio fonte putes fluxisse, id quod mihi quidem verisimilius videtur esse; quamquam hic quoque satis incerta est diiudicatio, praesertim cum mensurarum ordine, qui plane turbatus est in η , nihil efficiatur. — Contra quomodo ipsi hi gemelli inter se cohaereant, certum est; apparet enim affiniores esse inter se η_2 et η_3 , discedere aliquoties η_1 , id quod infra accuratius docebo in altera huiusce libri parte, qua η_3 commentario instructum edam.

Caput II. Quae mensurae quaeque pondera singulis textibus contineantur.

Quoniam explicavi, quae sint singulorum excerptorum lectionis formae quaeque inter eas intercedat ratio vel affinitas, nunc res, quae eis continentur, investigemus, ipsas videlicet mensuras et pondera, ut

hinc quoque enucleemus, quomodo inter se cohaereant singuli textus. Quam rem quo facilius et clarius explicem, tabulas composui I et II, quae huius libelli in fine exstant.

Quibus ex tabulis id maxime cognoscimus, nullum excerptum integritate aequiperare versionem S. Namque — ut ad tempus mittamus quaerere, quae fides sit mensuris et ponderibus, quae singulis excerptis traduntur — eo certe differunt excerpta a fonte S, quod unum quidque cum S collatum, nihil esse arguitur nisi fragmentum lacunis hians; neque ullum exstat, quod omnes eas exhibeat mensuras pro diversis regionibus terrisque diversas, quae leguntur in S. Consentaneum est excerptoribus Graecis satis fuisse eas tantum mensuras excerpisse, quae ipsis placebant quaeve in ipsorum patria vel urbe valebant. Nobis igitur ab integro fonte versionis S proficiscendum est. Textum S autem per totum libellum interpolatum esse supra vidimus¹⁾, nisi quod tum partem metrologicam omiseramus, quae num ipsa quoque foedata sit interpolationibus perdifficile est diiudicare, propterea quod fusior textus in solo S traditur quae est Syriaca versio, cum familia G nihil nisi breve compendium praebet. Quamquam, cum ceterae libelli partes in S sint interpolatae, ne hanc quidem partem interpolationibus in ea vacare accipies. Perdifficilis igitur nobis existit quaestio, utrum omnes quae leguntur in S mensurae et pondera ab ipso Epiphanio in libellum recepta sint, an aliunde nonnulla ab interpolatoribus addita sint.

§ 1. De mensuris et ponderibus, quae continentur in S.

Hanc quaestionem facile expediremus, si eas tantum attulisset auctor mensuras, quae occurrunt in libris sanctis: quod se fecisse ipse quibusdam locis negat, velut sym. II p. 193, 93: dieses *εἶν* kommt auch in den göttlichen Schriften vor, wie auch viele von den vorhergenannten; vel ibid. p. 194, 9: Bis hierher haben wir über die Maße, an welche wir uns erinnerten, erzählt, nun aber erzählen wir über die Gewichte; vel ibid. p. 202, 72: Und bis hierher über die Maße, welche auf der Erde und durch welche die Erde gemessen wird, die in den Schriften vorkommen. Aber auch über die Ausmessung der runden Hölzer habe ich erzählt, wenn sie auch in den göttlichen Schriften nicht vorkommt.

Quare priusquam ipsam rem aggrediamur, mensuras et pondera, quae affert Epiphanius, distribuamus ita quidem, ut primum ea enumeremus, quae in libris sanctis inveniantur, deinde videamus, cui quae-

1) Cf. supra pp. 12 et 18.

que mensura et pondus tribuatur patriae. Atque mensurarum et ponderum, quae adfert Epiphanius, in libris sanctis occurrunt nomina haec:

1. mensurae:

| | | | | |
|------------|---------|---------|------------------|---------------------|
| sym. II p. | 175, 88 | κόρος | Ez. 45, 13. | |
| " | " | 175, 2 | λεθέκ | Os. 3, 2. |
| " | " | 175, 8 | γομόρ | Os. 3, 2. |
| " | " | 175, 12 | βάδον | Es. 5, 10. |
| " | " | 176, 24 | σάτος | Ag. 2, 17 (16). |
| " | " | 176, 30 | μόδιος | Math. 5, 15 al. |
| " | " | 186, 1 | κάβος | Reg. IV 6, 25. |
| " | " | 186, 8 | χοϊτιξ | Ez. 45, 10 et 11. |
| " | " | 186, 8 | οίφελ (ύψη) | Iudic. 6, 19 al. |
| " | " | 186, 18 | δραξ ἀλεύρου | Reg. III 17, 12 al. |
| " | " | 186, 22 | ἀρτάβη | Es. 5, 10. |
| " | " | 186, 27 | μετρητής | Reg. III 18, 32 al. |
| " | " | 187, 53 | κεράμιον | Es. 5, 10 al. |
| " | " | 189, 25 | νέβελ οίνου | Reg. I 1, 24 al. |
| " | " | 189, 38 | ἀλάβαστρον μύρου | Luc. 7, 37 al. |
| " | " | 189, 45 | καψάκης | Reg. III 19, 6 al. |
| " | " | 190, 63 | στάμνος | Reg. III 12, 24 al. |
| " | " | 192, 40 | κοτύλη | Lev. 14, 10 al. |
| " | " | 192, 44 | κύαθος | Ex. 25, 28 (29) al. |
| " | " | 193, 62 | τροβλίον | Ex. 25, 28 (29) al. |
| " | " | 193, 64 | ξέστης | Marc. 7, 4. 8. |
| " | " | 193, 93 | εἶν | Lev. 23, 13 al. |
| " | " | 194, 2 | χοῦς | Lev. 19, 36. |
| " | " | 198, 82 | ύδρία | Reg. II 17, 14 al. |

2. pondera:

| | | | | |
|------------|---------|----------|--------------------|--------------------|
| sym. II p. | 194, 12 | τάλαντον | Reg. III 9, 28 al. | |
| " | " | 194, 20 | λεπτόν | Marc. 12, 42 al. |
| " | " | 194, 24 | ἀσσάριον | Luc. 12, 6 al. |
| " | " | 194, 28 | δηνάριον | Math. 18, 28 al. |
| " | " | 194, 29 | ἀργυροῦς | Math. 10, 9. |
| " | " | 194, 39 | λίτρα | Ioh. 12, 3 al. |
| " | " | 195, 49 | στατήρ | Math. 17, 26. |
| " | " | 195, 51 | δίδραχμον | Ex. 21, 32. |
| " | " | 195, 58 | σίκλος | Reg. II 14, 26 al. |
| " | " | 195, 66 | κοδράντης | Marc. 12, 42. |

| | | |
|---------------------------|-----------|---------------------|
| sym. II p. 195, 76 | δραχμή | Luc. 15, 8 et 9 al. |
| „ „ 195, 77 | δλκή | Reg. II 21, 16 al. |
| „ „ 196, 82 | όβολός | Prov. 17, 6 al. |
| „ „ 196, 8 | χαλκοῦς | Math. 10, 9 al. |
| „ „ 196, 12 | μνᾶ | Reg. III 10, 17 al. |
| „ „ 196, 13 | ἀργύριοι | Os. 3, 2 al. |
| „ „ 197, 35 | βαλάντιον | Luc. 10, 4 al. |
| „ „ 197, 60 ¹⁾ | σελᾶ | Quint. Hb. 3, 3. |
| „ „ 198, 1 | κόκκος | Sir. 45, 11. |

Quibus, ne cui lacunosa videatur tabula, addam illa 'τρία μέτρα σεμιδάλεως' (p. 187, 59) et 'τρία κανᾶ χονδριτῶν' (p. 189, 18), quae leguntur Gen. 18, 6 et 40, 16.

Iam videamus, cui quamque mensuram et pondus genti adscribat Epiphanius:

In Cypro insula²⁾ valebant haec:

| | |
|-----------------|---------------------|
| μνάσις | sym. II p. 176, 18. |
| μέδιμνος | „ p. 176, 20. |
| μόδιος | „ „ 176, 20. |
| χοῖνιξ | „ „ 186, 12. |
| μετροητής | „ „ 186, 29. |
| φορεύς | „ „ 189, 32. |
| σάμιος | „ „ 194, 6. |
| ἀσσάρια ξιρήτια | „ „ 197, 32. |

Hebraeae mensurae vel ab Hebraeis originem ducentes exstant hae:

| | |
|-------------|-----------------------------|
| κόρος | sym. II p. 175, 88. |
| λεθέκ | „ p. 175, 2. |
| γομόρ | „ „ 175, 8. |
| βάδον | „ „ 175, 12. |
| σάτος | „ „ 176, 24. |
| μόδιος | „ „ 176, 30. |
| κάβος | „ „ 186, 1. |
| χοῖνιξ | „ „ 186, 8. |
| οἰφεί | „ „ 186, 16. |
| ἀρτάβη | „ „ 187, 40. |
| μετροητής | „ „ 186, 27. |
| νέβελ οἴνου | „ „ 189, 25 ³⁾ . |

1) Cf. app.

2) Qua in insula episcopi munere functum esse Epiphanium scimus.

3) Cf. metr. I p. 339, 25.

| | |
|--------------------------------------------|-----------------------------|
| <i>καπάκης</i> | ibid. p. 189, 45. |
| <i>μεθεκώθ (κύαθος)</i> | „ „ 193, 56. |
| <i>εἶν</i> | „ „ 193, 93. |
| <i>χοῦς</i> | „ „ 194, 2. |
| <i>τάλαντον</i> | „ „ 194, 12. |
| <i>ἀσσάριον</i> | „ „ 194, 26. |
| <i>λίτρα</i> | „ „ 194, 39. |
| <i>στατήρ</i> | „ „ 195, 49. |
| <i>δίδραχμον</i> | „ „ 195, 51. |
| <i>σίκλος</i> | „ „ 195, 58. |
| <i>ὀβολός</i> | „ „ 196, 82. |
| <i>μνᾶ (μάνη)</i> | „ „ 196, 12. |
| <i>σελᾶ</i> | „ „ 197, 60 ¹⁾ . |
| <i>οὔγκία</i> | „ „ 198, 4. |
| Mensurae Aegyptiae hae: | |
| <i>ἀρτάβη</i> | sym. II p. 186, 22. |
| <i>ξέστης Alexandrinus</i> | „ p. 193, 64. |
| <i>χαλκοῦς</i> | „ „ 196, 8. |
| <i>τάλαντον Alexandrinum</i> | „ „ 198, 73. |
| Mensurae Syriae Phoeniciaeve hae: | |
| <i>κολλαθόν</i> | sym. II p. 189, 36. |
| <i>σαφιθά Ascaloniensium</i> | „ p. 193, 84. |
| <i>idem Azotiorum</i> | „ „ 193, 84. |
| <i>idem Gazaeorum</i> | „ „ 193, 84. |
| <i>ἀργυροῦς Assyriorum</i> | „ „ 194, 33. |
| Mensurae Bithyniae Ponticaeque hae: | |
| <i>ξέστης</i> | sym. II p. 193, 64. |
| <i>ξέστης Nicomedensis</i> | „ p. 193, 75. |
| <i>σαίτης Nicaeensis</i> | „ „ 193, 80. |
| <i>μάρης</i> | „ „ 198, 81. |
| <i>ὕδρῖα</i> | „ „ 198, 82. |
| <i>κύπρος</i> | „ „ 198, 83. |
| <i>χοῖνιξ</i> | „ „ 198, 85. |
| <i>μόδιος</i> | „ „ 198, 87. |
| Thebanae mensurae hae: | |
| <i>ἀπόρρομα</i> | sym. II p. 193, 76. |
| <i>σαίτης</i> | „ p. 193, 77. |
| <i>μνᾶ</i> | „ „ 196, 16. |

1) Cf. app.

Italicæ Romanæque mensuræ hæc:

| | |
|-------------------------|---------------------|
| ξέστης | sym. II p. 193, 64. |
| κεντηνάριον Romanum | „ p. 194, 36. |
| λίτρα (μνᾶ) | „ „ 196, 13. |
| οὐγκία | „ „ 196, 16. |
| νοῦμον | „ „ 196, 20. |
| μυλιαρίσιον | „ „ 196, 23. |
| φόλλις cupreus Romanus | „ „ 197, 55. |
| φόλλις argenteus Roman. | „ „ 197, 35. |
| κογγιάριον | „ „ 200, 61. |

Ex his mensuras eas, quæ in libris sanctis occurrunt, omnes ab ipso Epiphanio allatas esse posse nemo negabit. Neque minus dubium est, quin etiam Hebræorum, Aegyptiorum, Syrorum, Phoeniciorum, Ponticorum, Italorum, Romanorum mensuræ, quæ adferuntur, ipse auctor noster cognoscere potuerit; nam non solum gentes istas, quæ celeberrimis florebant emporiis, in omnia maria misisse naves mercatorias notum est, quibus mensuræ, pondera, nummi uniuscuiusque gentis latius divulgabantur, sed etiam Epiphanium ipsum, quem natum Eleutheropoli in oppido Palaestinae Aegyptum, Syriam, Phoeniciam terras saepius permigrasse, Constantinopolim et Romam urbes oculis vidisse tradit Vita Epiphanii¹⁾, cui non est cur diffidamus. Contra de raris illis mensuris Thebanis vel Boetiis, quæ exstant in S, cauti hominis est iudicium cohibere. Quamquam harum quoque notitiam facile sibi comparare potuit episcopus, qui Cypri habitabat, qua in regione ingens navium mercatoriarum numerus diversissimarum gentium mercedes et una cum eis mensuras et pondera attulit. Accedit quod Epiphanium ex aliorum operibus hausisse scimus; nam quod dicit p. 199, 48: 'Weil sie aber wünschten zu wissen woher den Namen genommen hat, und es nicht gefunden, haben wir bei gewissen Alten, von wo dieser zusammengesetzte Name genommen ist, schön überlegt', hoc nihil aliud est, nisi: ad cognoscendum unde ortum sit nomen illud, veterum quorundam scriptorum doctrinam adscivimus. Quæ sententia adiuvatur p. 200, 63: τοῦτο τὸ μέτρον ἔχεις ἐν χρονολογίαις Ἐνσεβίου καὶ τῶν ἄλλων χρονολογῶν.

Quæ si bene reputaveris omnes, quæ adferuntur mensuræ vel pondera in S, ab ipso Epiphanio in libellum receptas esse posse, nullo modo negari posse concedes²⁾. Quamquam mirum est, quod hanc metrologicam

1) Quam repetivit Dindorfus I p. 1.

2) Praeter eas, quas supra attuli, mensuras cavas et pondera nonnullae ex-

partem omni ratione et ordine adeo carere videmus, ut sint mensurae, de quibus diversis agatur locis. Errabit tamen, qui hinc interpolatione quasdam mensuras illatas esse concludat, id quod vel ex iis apparet, quae supra docui (p. 22).

§ 2. De mensuris et ponderibus, quae continentur
in excerptis.

Inter excerpta nullum exstare vidimus, quod omnes illas exhibeat mensuras et pondera, quae leguntur in S.

2. Excerptorum optimum est G, quod proxime accedit ad S. Omittit autem G ex eis quae versione S traduntur, tum potissimum cum unius eiusdemque mensurae plures vel rationes vel definitiones in S exstant; nimirum ex multiplici doctrina singula tantum excerptor delibavit. Cuius rei exempla habeas haec. In G unus tantum *κάβος* nominatur (metr. I p. 262, 15), qui quartam partem modii continet, cum in S (sym. II p. 186, 1) tres legantur *κάβοι*, qui vel quartam vel quintam vel sextam partem modii efficiebant. Alio loco in S (p. 186, 27) quinque enumerantur metretes: *μετροητής ἄγιος* LXXII sextariorum, *μετροητής*: Cyprius CIV sextariorum, alii *μεροηταί* vel LXXXIV vel LXXXVIII vel XCVI sextariorum, ex quibus in G (p. 262, 27) unum habes *μετροητήν ἄγιον*. Ac *σαφιθά* mensurae S (p. 193, 84) tres exhibet formas: *σαφιθά* Ascalonensium XXII sextariorum, *σαφιθά* Azotiorum XVIII sextariorum, *σαφιθά* Gazaeorum XIV sextariorum; in G (p. 264, 6) nullum legitur nisi *σαβιθά* Ascalonensium.

Minoris sane pretii excerptum G est quam integrum opus S, quamquam ne is quidem locus deest, quo virtute superat ipsos codices S, siquidem *μνάσειν* mensuram Cypriam recte decem modii in G, falso viginti modii aestimari in S probavit Hultschius (Metrol.² p. 557 adn. 3).

3 et 4. Excerpta *v* et *α* ex eodem exemplari Epiphiano nunc perditio manasse supra docui (p. 30): hoc loco adiciam utrumque (*v* et *α*) non solum easdem exhibere mensuras ac pondera, nisi quod *α* primis mensuris omissis¹⁾ incipit a *κάβος*, sed ne a G quidem mensuris allatis multum differre quod sane tabulae meae probant.

5. Excerptum *β*, quod ex S pendere supra vidimus (p. 30), inverso ordine incipit a ponderibus, quibus subicit mensuras; ex quibus tamen ea quae sequuntur verba *ῥολὰ κανῶ χονδροιῶν* desunt. Atque satis descripsit hunc tractatum Hultschius verbis his: 'Ac

stant mensurae porrectae, quae tamen non necesse est in eundem modum distribuere, quoniam omnes eiusmodi sunt, ut Epiphanius facile eas novisse potuerit.

1) Cf. sym. I q. 214, 89 B 18.

prior quidem pars et copiosior est et multis rebus praestantior quam tractatus Petavianus¹⁾, altera autem, ubi de mensuris agitur, etsi brevior est, multa tamen habet, quae omittit auctor Petavianus²⁾. Cuius rei pauca accipe exempla. Exstant in β sicut in S tres $\kappa\acute{\alpha}\beta\omicron\iota$, cum unum tantum adferat G. Adhibentur $\mu\acute{o}\delta\iota\omicron\varsigma$ mensura Cypria, $\kappa\epsilon\upsilon\tau\eta\gamma\acute{\nu}\alpha\rho\iota\omicron\nu$ pondus Romanum, $\mu\nu\acute{\alpha}$ nummus Thebanus, quae frustra quaeris in G. Pro folle cupreo CCL denariorum, qui est in G, in α habes follem argenteum denariorum CXXV; $\mu\nu\acute{\alpha}\varsigma\iota\varsigma$ Cypria aequae atque in G decem modiis constituitur. Quod vero pergit Hultschius: 'Ut alia taceam, artabae vocis originem ex Aegyptio sermone derivatam apud hunc solum legis scriptorem', nunc postquam Lagardius S publici iuris fecit, stare non possunt. Eadem in S leguntur. Sed licet hoc laudi excerpti β detraxeris, nullas tamen exhibet mensuras alienas ab S et praestat, ut monui, in priore parte excerpto G.

6. Excerptum γ , quod aequae ex S fluxisse supra demonstravimus (p. 31), in altera huiusce libri parte seorsum edam et commentario illustrabo. Id unum hoc loco commemorem, carere interpolationibus γ neque ullam adferre mensuram, quae non exstet in S.

7. Excerptum δ descendisse ex S ibidem docuimus: hoc loco adiciendum est omnes fere mensuras et pondera ab eo adhiberi, quae leguntur in S, etsi ordine vel serie perturbata. Rara tantum desunt, quae facile colliges e tabulis meis I et II libello additis.

8. Venio ad excerptum ϵ ; quod tribus compositum est partibus, quarum prima est Hultschii fragmentum 85, altera fragmentum 86, tertia fragmentum 87. Textum ipse Hultschius in metr. I p. 149 descripsit. Ex tabulis meis hoc intellegitur: numero mensurarum et ponderum tractatorum excerptum ϵ multo inferius est eis, de quibus adhuc exposuimus. Neque prima quidem pars excerpti ulla adfert mensuras, quae non inveniuntur in S; in altera vero parte praeter Epiphaniae librum alios adscitos esse fontes mensurae quaedam probant, quae alienae sunt ab Epiphaniae neque aut in S aut in excerptis ceteris occurrunt. Quod idem eo probatur, quod de statere excerptor se auctore Epiphaniae exposuisse diserte dicit verbis his: $\delta\ \sigma\alpha\tau\eta\rho\ \eta\mu\iota\sigma\upsilon\ \tau\eta\varsigma\ \omicron\upsilon\gamma\gamma\lambda\alpha\varsigma\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$, $\acute{\omega}\varsigma\ \pi\alpha\rho\alpha\delta\acute{\iota}\delta\omega\sigma\iota\nu\ \acute{\epsilon}\pi\iota\phi\acute{\alpha}\nu\iota\omicron\varsigma\ \delta\ \kappa\acute{\upsilon}\pi\rho\upsilon\nu$, quod sane supervacaneum fuisset, si ex uno Epiphaniae hausisset neque usus esset aliis fontibus. Idem de tertia parte excerpti valet: ne haec quidem mensuris alienis ab Epiphaniae caret: sic praeter $\sigma\acute{\alpha}\tau\omicron\nu$ illum 'modium

1) Mihi G.

2) Cf. metr. I p. 147.

cumulatum', quem habes in S, alter *σάτος* (vel *σάτον*) nominatur, qui est sedecim siglorum. *ἀσσάριον* nummus tres libras pondo valuisse dicitur, quae definitio deest in S. *νέβελ* viginti quattuor sextariis aestimatur, cum Epiphanius aliam praebeat definitionem, siquidem mensurae illi sextarii CL tribuuntur in S. — Neque vero pluribus verbis opus est: tabulae meae ipsae per se loquuntur.

9. Excerpti ξ partem priorem, quippe quae consentiat cum prima parte excerpti ε¹), hoc loco negligere licet, praesertim cum multa — ut omnino in fragmento f, quo continetur, — corrupta videantur. Neque in altera parte menda rara sunt. Sed priusquam de his dicam, hanc ipsam partem aliis ex fontibus interpolatam esse monstrandum est. Duae enim mensurae, *ὄξύβαφον* et *κοχλίτριον*, quae adferuntur in ξ (sym. I p. 220, 95 B 7) desunt in S; nonnullae secus aestimantur atque in S²), velut

| | in ξ: | | in S: |
|---------------|-----------------------------------|--|---------------------------------------------------------|
| <i>κοτύλη</i> | = 8 scrip. | | = $\frac{1}{2}$ sext. |
| <i>κύαθος</i> | = $\frac{1}{2}$ drachm. s. 2 unc. | | = $\frac{1}{8}$ et $\frac{1}{4}$ sext. |
| <i>ἴν</i> | = 6 sext. | | = 18 et 9 sext. |
| <i>νέβελ</i> | = 24 sext. | | = 150 sext. |
| <i>ὄβολός</i> | = $1\frac{1}{2}$ sext. | | = $\frac{1}{8}$ et $\frac{1}{16}$ et $\frac{1}{4}$ unc. |

Contra alia, quae primo quidem obtutu interpolatori tribueris, si accuratius perpenderis, non interpolata, sed ex genuino corrupta esse intelleges; velut (sym. I p. 221, 96 A1) *καὶ μέδιμνος μὸδ ιε. ἔστιν δὲ καὶ ἄλλος μέδιμνος μὸδ δς*. Ex quibus mensuram, quam secundo loco habes illum Paphiorum et Siculorum Cypriorum medimnum fuisse, qui quattuor modios et dimidium explevisse dicitur in S (p. 176, 20), apparet. Iam cum in hoc *μέδιμνος* ξ congruat cum S, etiam in altero, quem priore loco adfert, excerptum nostrum cum S fecisse suspicatus post *μὸδ* delevisse *ι* vel potius locum supplevisse ita: *μέδιμνος μὸδι<α> ἑ*, ut habeamus modium Salaminiorum Cypriorum, qui est in S. Aequè corruptum est, quod legitur ibid. p. 221, 95 B 17: *τὸ ἀγγεῖον δὲ ἔστιν ὑπὲρ πβ ἢ SS τρία γὰρ μέτρα εἰσίν*, etenim *ἀγγεῖον* nihil nisi vas quoddam liquoris capax fuisse videtur, quod mensurae cavae habuisse vim nullo loco dicitur. Haud scio an in libro illo, e quo fluxit excerptum ξ, vox *ἀγγεῖον* adhibita sit ad mensuram quandam interpretandam; id quod accidit etiam in excerpto ε (metr. I p. 275, 2), quo loco legitur: *Ἀλάβαστρον ἔστιν ἀγγεῖον στενόμηκες πρὸς πολυποσίαν*

1) De hac re supra egi p. 32.

2) Cf. tabulas meas I et II in fine libelli.


ἐπιτήδειον τεραπνὸν εἰς πόσιν¹). Similiter nostro loco fieri potuit, ut librarius quidam rerum metrologicarum inscius, vocem illam ἀγγεῖον ipsius mensurae cuiusdam nomen fuisse ratus, falso mensuram appelleret vas illud, quod caruit vi metrica, cum ipsum mensurae nomen neglexeret. Qui locus, utrum ex Epiphanii libello an aliunde fluxerit, non certe diiudicari potest, nisi quod Epiphanium indicare videntur verba: τρία γὰρ μέτρα εἰσὶν, quae aequae fere leguntur in S p. 187, 46, quo loco dicitur de artaba: μέτρα γὰρ τρία εἰσὶ τὸ μικρὸν γομόρ. Sed satis sit de hoc excerpto, quod ad scientiam quidem rerum metrologicarum augendam nihil praebeat novi.

10 et 11 et 12. Excerpta η (η_1, η_2, η_3) in altera huiusce libri parte, quo loco η_3 publici iuris faciam, commentario illustrabo. Sed hoc unum praemittam, contaminatas esse in his excerptis mensuras ponderaque Epiphania cum aliis aliunde delibatis.

Caput III. Disputatio de parte metrologica comprehenditur.

Iam si rem comprehendimus, haec tenemus. Mensurae et pondera quae adferuntur in S ita se habent, ut omnes ab ipso Epiphanio in libellum recepta esse possint, etsi revera hoc factum esse nullo modo affirmari potest. — Excerpta nostra in duas familias discedunt, altera eorum textuum, qui fluxerunt ex S, altera illorum, qui ad aliam quandam vel plures fortasse memoriae species redeunt. Possunt tamen etiam haec excerpta ita dividi, ut ea, quae nihil praebeant nisi Epiphania discernamus ab eis, quae aliunde interpolata sint.

Has secuti rationes si distribuamus et componamus singula fragmenta, hoc evadit stemma:



Horum excerptorum tot foedata esse interpolationibus desines mirari, cum consideraveris, quanta talium textuum integritati imminuerint peri-

1) Praeterea conferas velim, quod dicit Epiphanius (in S: sym. II p. 197, 35): follem marsupium esse.

cula. Primum enim hae tabulae ab iis facile mutabantur, qui, ut aptas eas redderent usui cotidiano, omnes adiungerent mensuras et pondera, quae ipsorum patriae vel aetati propria deerant in tabulis. Deinde viri docti amplificare potuerunt hos textus, qui, quae ubique nova vel diversa pondera ac mensuras invenerant, has quoque tabulis sibi adscribendas esse putabant. Denique necesse est recorderis in harum tabularum memoriam idem quadrare quod in lexica scholia grammaticas alia, quorum semper memoria fluebat, ut ita dicam, neque umquam stabat. Quae cum ita sint, iterum sequitur id, quod supra iam statuimus, etiam tractatum metrologicum versionis S aequè interpolatum esse posse, quippe quem communis sortis expertem fuisse quam maxime veri dissimile sit, quamquam mensuras et pondera omnia eiusmodi esse supra vidimus, ut possint certe etiam ipsi Epiphanio deberi.

Vita.

Oscarius Viedebantt, Francisci filius matre Adela e gente Lettgau, Crefeldiensis natus sum anno MDCCCLXXXIII a. d. XIV. Kal. Oct. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus gymnasium patriae urbis adii, quod tum auspiciis fruebatur Mathiae Wolseiffen nunc regitur a Guilelmo Schunk. Anno MCMIII mense Februario testimonium maturitatis adeptus primum Monasterii Guestfalogrum, deinde Marpurgi Chattorum studiis philologis et historicis operam navavi, post Argentorati Academiae Wilhelmae per sex semestria civis fui. Docuerunt me viri doctissimi Bäumker, Bresslau, Keil, Klotz, Ludwig †, Michaelis, Neumann, Reitzenstein, Spahn, Wiegand, Ziegler Argentoratenses; Cauer, Erler, Hosius, Koepf, Meister, Sonnenburg, Stahl, Streitberg Monasterienses; Birt, Diemar, Haller, Kalbfleisch, liber baro de Ropp, Thumb, Varrentrapp Marpurgenses. Seminarii philologorum Argentoratensis insigni Keilii et Reitzensteinii benevolentia per tria semestria sodalis fui. Exercitationibus historicorum ut interessem benigne permiserunt Ludwig †, Neumann, Spahn.

Omnibus, qui sive discipulum gymnasii sive civem academiae me docuerunt, gratias ago plurimas, maxime vero Keilio et Reitzensteinio, quorum multa in me bene facta numquam obliviscar.

**THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT**

**This book is under no circumstances to be
taken from the Building**

| | | |
|--|--|--|
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |

APR 14 1918

